¶Et itez leuiº illo emplastrũ fiat ex scoria plũbi cũ succo rute ꝛ oleo ro.ꝛ cera.

¶Hic Aui.ponit tertiũ medicamẽ q̃d est vile in statu. Et iterú leuiº illo.i.ꝑdicto emplastro:ꝛ dr̃ esse leuius:qr est pauciorꝝ medicinaꝝ:ꝛ iõ ẽ minoris laboris.Fiat empl̃m ex scoria plũbi cũ succo rute ꝛ oleo ro. Illud empl̃m ẽ resolutiuũ ꝛ exiccatiuũ cũ aliq̃li ifrigidatõe:qr scoria plũbi ifrigidat ꝛ deficcat: succº ruthe deficcat ꝛ resolut ꝛ oleũ rosatũ ẽ eq̃le:ꝛ iõ ẽ infrigidatiuũ in mã cosica ꝛ deficcat. Et nota q̃ si nõ haberet scoria plũbi loco hº posset poni plũbũ vstũ:qr vtº scorie plũbi ẽ silis vtuti plũbi vsti: nisi qr aliquãtulũ plus stiptica est:vt dicit Serap.in libro suo de simplicibº medicis.¶Vel si fieret id empl̃m in mortario de plũbo ꝛ ducerek ẽt cũ pistello plũbi:vt si multuz ducerek succº ruthe ꝛ oleũ ros.ꝛ cera in talt mortario cũ pistello plũbi tũc posset hoc poni loco scorie plũbi ꝛc.

Sed circa istã ptẽ est vna dubitatio: qr dices tu. qr Aluic.nõ ponit curá herisipille nisi q̃tũ ad duo ipa.s.q̃ ad ꝓncipiũ ꝛ statũ:ꝛ nõ ponit curá q̃ ad augmẽtũ ꝛ declinationẽ.Ddm q̃ Aui.ñ posuit vt ostẽderet q̃ eadẽ ẽ cura ipsiº q̃ ad ꝓncipiũ ꝛ augmẽtũ ꝛ q̃ ad statũ ꝛ declinationẽ:qr cú in herisipilla itẽdat maior alteratio q̃z in flegmõe possumº in ipa ponere repcussiua vsq; ad statũ:ꝛ iõ eadẽ ẽ cura ipsius q̃ ad ꝓncm ꝛ augmẽtũ vel parũ diuersificat.Iterú eadẽ est cura ipsius in statu ꝛ in fine:qr in statu oz resoluere ꝛ exiccare ꝛ nõ mollificare fiẽ erat necesse in flegmõe:qr hec mã nõ est ꝑculcata.ꝛ iõ oz solũ resoluere ꝛ exiccare cũ aliq̃li infrigidatione ꝓpter cãm q̃ dicta fuit ꝑius:silr etiã facimº in fine: qr oz ibi resoluere ꝛ exiccare:ꝛ semp oz esse cũ aliq̃li ifrigidatiõe ꝓpter maguã alterationẽ q̃ regrit in ea rõne magne caliditatis q̃ est ibi vt dictum fuit supra.

¶De formica miliari. Capl̃m. vj.

Formica ẽ postula aut postule q̃ egrediunt ꝛ faciũt accidere apa puz:ꝛ ãbulãt:ꝛ fortasse vlcerãt:ꝛ fortasse resoluunt.ꝛ tu iam sciuisti causam cuiusq; illorum.

¶Postq̃z Aui.determinauit de apatibº:hic determinat de postulis ꝛ bothor:q̃ dñr ẽt ẽe de gẽe apatũ.differũt ñ quodãmõ vt postea dicet.Et in isto caº Aui.determinat de quodã apate siue pustula cosica q̃ dr̃ formica.appellatur aũt tale apostema formica ꝓpter triplicẽ silitudinẽ quã hz cũ illo aialt qõ dr̃ formica.s.in paruitate:qr formica est postula valde pua:ꝛ similaf et in ambulatiõe:qr ambulat ad modũ illius aialis:ꝛ similaf etiã et in pũctura:qr pũgit ad modũ pũctiõis formice;ꝓpter q̃ istas tres silitudines dr̃ illõ apa formica.Et diuidit ps ista in duas.Prima determinat de ipa theorice.2º practice.2ª ibi(Cũ non incipis in ea cũ eũone ꝛc.)Prima in duas.Et ꝑmo oz scire qd sit formica vlr ꝛ ponit signa eius.2º ponit diuisiões ipsiº in suas spẽs.2ª ibi(Et ad sũmũ oẽ apa.)Prima i duas.ꝑmo oñdit vlr qd est formica cũ qbusdã cõscriptiõibº.2º ponit signa ipsiº.2ª ibi(Et colorꝝdẽ formice.)Dicit ꝑmo Formica ẽ pustula.Et nota hic q̃ postula differt ab apate in hz:qr postula dicit eminẽtiã puã:apa aũt dicit eminẽtiã magnã cõparẽdẽs matorẽ locũ:ꝛ hoc ẽ qd dicẽ Aluic. ꝑmo cañ.fen 2ª.Et eminẽtia i cute ẽ ex gẽe apatis:ꝛ eminẽtie sunt apata pua quẽadmodũ apata sunt eminẽtie magne:vñ pustula ẽ de gẽe apatis:sz pustula sub hoc noie dicit eminẽtiã puã:apa aũt sub hz noie appropiat magis eminẽtie magne.Iterú ẽt videf differre pustula ab apate in alio:qr in pustula vt plũm egredit q̃dã hũiditas q̃ indiget exiccare.vñ postula vt plũm est apa puũ cũ q̃dã vlceratiõe ex q̃ egredit q̃dã hũiditas:apa aũt nõ est sic vt appet subtilr intuẽti.Dicit pustula aut pustule:qr in mẽbro vbi orit tale apa fiũt semp pustule multe pue:vñ q̃libz illarũ pustulaꝝ põt dici formica:ꝛ ẽt totũ illud vbi fiũt tales pustule multe põt appellari formica. Et ideo dicit Aui.est pustula vel pustule q̃ egrediunf.s.extra cutẽ ꝛ faciũt accidere apa purũ.i.apa colericũ:ꝛ hz est verũ maxie q̃tũ ad vnã spẽm eius.s.q̃tũ ad ambulatiuã:illa.n.ẽ maxie apa colericũ.qr fit ex colera pura subtili acuta valde:sicut dictũ fuit i pº caº huiº tractatº.¶Sz hic ẽ vna alia lra q̃ est extra:ꝛ est alia q̃ dicit aliter:ꝛ faciũt accidere apa puũ:ꝛ credo q̃ sit melior ꝑma:qr hz verũ maxie q̃tum ad oẽs spẽs eius:qr formica vlr est apostema paruũ:vt dictũ fuit supra. Et ambulant.s.tales pustule:vnde ois formica est ambulatiua quecũq; sit rõne acute materie:sed quedam ambulãt plus ꝛ citius sicut illa que fit ex colera pura:quedam minus ꝛ tardius sicut illa q̃ fit ex colere admixta cũ flegmate que vocatur miliaris:vt de hoc postea apparebit.Sic ergo tũc ex dictis apparet quid est formica absolute:qr formica est apostema colericum paruum ambulatiuũ in cute:ꝛ fortasse vlcerant.s. iste pustule ambulatiue:ꝛ fortasse resoluunt:hoc est dicere q̃ iste pustule ambulatiue q̃ dicunt formica aliqñdo cõuertunt ad vlcerationẽ sicut qñ mã est adusta:ꝛ tunc sunt formica corrosiua:aliqñ tñ resoluunt.s.sine ꝙersione ipsarum ad for-

micam corrosiuā sicut qñ mā nō esset ita mala. Et videte q ex istis dictis Aui. pñt extrahi spēs formice z dauf itelligi iplicite: qz ois formica ē ambulatiua: ſz q̄dā ē ambulatiua pure: z q̄dā ē cū ꝑ corrosiua: z has duas spēs Aui. dat maxie itelligere p istā lr̄az. Et ābulatiua pura. Est. n. duplex: q̄dā ē ex cola pura: z ista vocaf ābulatiua absolute: z q̄dā ē ex cola mixta cū flate z ista vocaf miliaris: z hoc Aui. nō tāgit manifeste in ista lr̄a: ſz de hoc faciet iferius mētionē: z ꝯ tres sūt spēs formice ꝑm q dictū fuit ꝑ us: z declarabiſ i isto ca°. ſ. ābulatiua miliari z corrosiua.

¶ Et tu iā scisti cāz cuiusq; ille. ſ. i ca° p° apātū cal'ox. ibi. n. dictū fuit q cā formice ābulatiue ē cola pura subtil'. Cā aūt formice miliaris est flā mixtū cū cola. Cā aūt formice corrosiue vt ibi appuit ē: si cola fiat adustior z grossior ꝓpter adustionē. Ūn si mā formice ābulatiue fiat adustior z grossior: tūc ābulatiua ꝙuertiſ in corrosiuā. Item etiā si mā formice miliaris fiat adustior: tūc etiā miliaris ꝙuertiſ in corrosiuā. Tunc segtur illa pars:

¶ Et color quidē formice ad citrinitatez est declivis z est inflāmata cum substantia verrucali z rotunda.

¶ In q̄ ꝓie ponit signa formice gñaliꝝ: z ponit tria signa. vnū signū ponit sūptū a colore: aliud signū ponit sūptū a pūctura. Dicit ḡ ꝑ°. Et color qdē formice ē declivis ad citrinitatē: z itelligē q pl's declinat ei° color ad curinita tē ꝑm q ē ibi pl's de cola pura vel admixta: qz color col'e est rubeus clarus tēdēs ad curinitatē z ad colorē curi vl croci vt dictū fuit ꝑius: z i hoc nō dr̄t formica ab heriſipilla: qz ēt color heriſipille pure declinat ad istū colorez vt visuz est ꝑius. ſz differt formica ab heriſipilla i ꝫ q̄ Aui. ponit postea: z est inflāmata cū ſuba tassulie: idest cū verrucali substantia z rotunda.

¶ Et ꝑm plurimū habet radicē latam nisi quedaz species eius acrubaurod: z est radicis parue quasi fit pendens.

¶ Hic ponit aliud signū formice qđ sumiſ a figura ipſius: Et dicit q ꝑm plurimū formica habet radicē latā: z ſupple caput acutū nisi q̄dā spēs eius q̄ vocaf achzuarod. i. pozalis q̄ est spēs formice: z radicis pue est. i. subtilis q̄si fit pēdēs: z ꝯ vocaf ista spēs pozalis: qz in sua figura pēdet ad modū pozi. Et itelligē hoc ꝓpter id qđ dicit Aui. nisi q̄daz spēs ei° z̄c. q ista formica q̄ dr̄ formica pozalis nō est ꝓpria spēs formice: qz ꝑ spēs formice z ꝓpria sunt ille tres q̄ dicte sunt: qz ille distinctionem accipiūt ꝑm distinctionē causaz ipſi° formice: z ideo ois formica reducitur ad vnā illaz truū spēz ꝑdictaz: z ꝯ ista spēs quā vocat Aui. pozalē nō est ꝓpria spēs: qz nō sumiſ ab accīntib° formice: z ꝯ reducif ad vnā truū ꝑdictarū quecūq; sit illa siue ambulatiua siue corrosiua siue miliaris: vñ illud nomen fuit impositū soluz a tali accīte: z ꝯ non est species distincta a predictis speciebus.

¶ Et sētiē i oi formica sic pūctura formice.

¶ Hic ponit aliud signū formice qđ sumiſ a pūctura: z ptz qđ dicit. Tunc sequitur illa pars:

¶ Et ad sūmū oē apa i cute ābulatiuū qđ latitudinē nō hz ē formica vez alia ē miliaris: z alia est corrosiua ꝑm q sciuisti.

¶ In qua ꝓie Auic. ponit distictionē formice in suas spēs Et dicit: Et ad summū. i. vl'r oē apa. ſ. pustulosum in cute ambulatiuū qđ latitudinē non hz est formica. Et videte quā q̄z Aui. hic ex ordine suoz vboz videaf ponere notificationē formice vl'r: tñ ego itelligo q hic ponit vnam spēm formice q̄ dicif ambulatiua absolute q̄ fit ex cola pura: z ideo qñ dicit Aui. Et ad summū oē apostema ambulatiuū in cute intelligo q velit dicere q q̄daz est formica que dicif apostema ambulatiuū in cute: z est hec formica ambulatiua q̄ fit ex colera pura ꝑter istas alias duas spēs eius. ſ. formice miliaris: z alba. ſ. spēs est corrosiua ꝑm q sciuisti. ſ. in ꝑmo capl'o huiꝰ tractat°: sic ḡ tūc sūt tres spēs formice: vna est q̄ dicif ambulatiua absolute: alia est q̄ dr̄ miliaris: z alia est q̄ dicitur corrosiua.

¶ Circa istam ꝓtē nota q Alyr. in dispōne regali nō videf ponere nisi duas spēs formice. ſ. ambulatiuā z corrosiuā. Aui. aūt vltra ꝫ magis specificat: qz distīguit ambulatiuā in duas. ſ. in miliarē z formicā: q̄ vocaf ambulatiua absolute z ꝯ considerando ꝑticulariter ꝑm vītatē sunt tres spēs formice: z q sint tres spēs appuit ſupra ex intētiōe Aui. in ꝑ° ca° huius tractat°. Et pōt accipi distinctio ea ꝛ sic: qz ois formica aut est ambulatiua pura: aut est ambulatiua corrosiua: si aūt sit ambulatia pura ꝫ pōt accipi dupl'r: qz aut pōt fieri a mā col'i ca pura: z tūc ē vna spēs formice q̄ dr̄ ambulatia absolute aut fit a mā mixta cū flate: z tūc ē alia spēs formice q̄ dr̄ miliaris: vocaf aūt ꝑ° spēs ābulatia absolute: nō qz ēt miliaris nō ambulet: qz etiā miliaris est ābulatia: ſz vocaf ābulatiua absolute: qz illa magis ābulat z cit° q̄z miliaris eo q fit ex cola pura q̄ citi° ābulat q̄z qñ ē mixta cū flate ꝓpt subtilitatē ei°. illa aūt vocaf miliaris qz apa ei° assilatur milio: z distīguiſ ab alia in signis: qz color formice ābulatiue ōclinat pl's ad curinitatē z botor z pustule appent citrini: z etiā i circuitu carnis ē curinitas: qz fit ex cola. Sz in miliari color pustule z botor declināt ad quādā albedinē: vt dicē. Raſ. z qđ ē sup eas z i circuitu de carne ea ꝛ est rubeū: z ꝫ est qz fit ex cola mixta cū flate: z ꝯ vocaf miliaris: qz botor z pustula ei° assilat milio i colore z q̄ntate ipſi°. Si aūt formica sit ambulatiua z corrosiua sic est ꝫª spēs formice ista: z vt dictū fuit ē in ꝑ° ca° h° tractat° vt plurimū fit ex formica ābulatia q̄ mā col'ca aduriſ z in grossaſ: qz tūc ābulatia trāsit in corrosiuā: z q̄ trāsit ad corrosiuā: tūc illa corrosiua ē peior: qz est tardiorus resolonis: ſz nō fit tāte iflāmatiōis: vt dictū fuit ē in ꝑ° ca°: ſz nō ita faciliꝝ z cito trāsit miliaris ꝑm corrosiuā sicut ābulatiua eo q mā ambulāte citius vlcerat z corrodit ꝓpter caliditatē ipſi° z subtilitatē: z etiā citius aduriſ mā ipſi°: z ꝓpt hoc Aui. qz formica corrosiua z formica ābulatia pl's cōcāt q̄z formica miliaris z corrosiua: fecit duo ca ꝫ de cura formice: in vno ca° posuit curā formice ābulatie z corrosiue: i alio aūt pl's posuit curā miliaris. z ꝯ etiā intitulaut Aui. illud caꝑ. ꝑmū tit° de formica miliari ac si sub formica cōprehēdat ābulatiuā z corrosiuā: qz cōcāt pl's adinuicē: z miliaris distīguiſ a corrosiua: qz nō ita cōcant.

¶ Et quando fit vlcus z putrefit appropriatur nomine putridi.

¶ Hic Aui. addit q̄dā de formica corrosiua: z dicē q qñ formica corrosiua facē vlc° z putrefit appropriaſ nōie putridi. i. vocaf vlcus putridū: z ꝯ ē ꝑ cura ipſi° tūc ē recurrē dū ad capl'z de cura vlcerū putridoꝝ: z ꝫ terminaf expō isti° capli. Et respicias bñ istō capl'z: qz pauci ipm bñ itelligūt z multi circa ipm errāt: z spāl'r in spēbus formice.

¶ De cura formice z q̄ eius cursu currūt. Capl'm. vij.

C Elm nō incipis in ea cū eū one hūoris ꝑm q oz in o medicaris vlc° cū eo qđ sanat redit ex alio loco cū nocumēto z ex loco ipo z nō cessat humor facere corrosionē post corrosionē. Et aqua quidē caseicū scamonea inuatiua est in euacuatiōe materiei formice z ei similium.

¶Superius Aui. determinauit de formica theorice ostẽ-
dendo qd esset & quot essent eius spẽs. In pte ista deter-
minat dẽ cura eius practice. s. q̃tũ ad curã ipsius. Diuidit
aũt ps ista in duas ꝑm q̃ duo facit capla ipsi⁹. in ꝓmo ca⁹
determiat de cura formice ambulatiue & corrosiue: & in
2⁹ ca⁹ determiat de cura formice miliaris. 2ª ibi (¶Mi-
liaris silat formice.) Cã autẽ q̃re magis determiat i isto ca⁹
de cura formice ambulatiue & corrosiue q̃ de cura formi
ce miliaris: dicta ẽ ꝓpus: & hõ eã nõ dico. ¶Prima in duas. ꝑ⁹
ponit curã formice ambulatiue & corrosiue absolute q̃-
tum ad vlta. 2⁹ q̃tũ ad localia. 2ª ibi (Vlta aũt ꝑm qnã cu-
rat.) Dicit g̃ ꝓmo: Cũ nõ incipis in ea. i. in formica. & intel
ligit hic de formica q̃tũ ad ambulationẽ & corrosiuã: vt
dictũ est. cũ eũone hũoris ꝑm q̃ oꝫ supple euacuare hũo
rem: qz oꝫ eũare humorẽ: ex his q̃ colerã rubeã laxãt ꝫ
q̃ dicit Alꝟ. in dispõne regali: imo medicaris vlcus. s. for
mice. ¶Et si tu dicas: q̃re Aui. dixit vlcus: cũ formica sit
apa ambulatiuũ &c. ¶Rndendũ est vt dictũ fuit supra q̃ lz
formica sit apa vel pustula: est tñ cum quadã vlceratione
ex qua egredit hũiditas q̃dã & virulentia: & hõ dixit Aui.
vlcus. & hoc etiã melius declarabit post scõam intẽtionẽ
Alꝟ. in dispõne regali cũ eo q̃ sanat. i. cũ medicina locali
sanatiua redit formica. s. in alio loco cũ nocumẽto ex lo-
co ipo. i. formica augmentat i alio loco: & i loco etiã vbi
ꝓpus erat & nõ cessat hũoꝛ facere corrosionẽ post corrosio
nẽ. s. si formica medicet aĩ eũonẽ corpis cũ altq̃ medicia
locali. Nõ aũt dicit Aui. plana est: qz in nullo apostema-
te vel pustula debent apponi localia corpore exĩte ple-
no nisi ꝓius totũ corpus purget & hõ bñ dicit Gal. in 13ª
pucula de ingenio sanitatis: vlez aũt docirinã nõ obliui-
scaris vt p eã valeas ꝓticularia oparꝛ: qz si tu apponis fri
gida repcussiua corpore existẽte pleno nõ recipit reper-
cussionẽ plenũ exĩs corpus: & hõ si apponis medicias fri
gidas in ꝑn⁹ formice corrosiue corpe exĩte pleno nõ re
pcutit mã: imo redit ex alio loco cũ maiori nocumẽto &
augmentat & expandit mã formice in maiori loco. Si ãt
apponant medicie resolutiue corpore exĩte pleno plus
attrahit q̃ sit illud qõ resoluit: & ideo si nõ incipis in for
mica cũ eũone humoris quẽ oꝫ euacuare si statim appo-
nis talia localia auget & plus pambulat: oꝫ g̃ ꝓmo totum
corpus euacuare. Et aq̃ qdẽ caseꝛ cũ scamõea iuuatiua est
in eũone formice materiei & ei filiuꝫ: qz scamõea purgat
materiam calam q̃ est mã formice: aqua caseꝛ purgat cole
rã cũ facilitate vt dicit Rab. & ꝓfert sicut ipse dicit pꝛuri-
tui sicco & malis vlcerib⁹ siccis sicut asaphati & ipetigini
& melle & lepre & egritudinib⁹ q̃ illis sunt sil'es: ipa nãq̃
educit colerã rubeaz & adustã sil': & hõ optima est in istis
pustulis colericis. Tunc sequitur illa pars:

¶Vlta autez ꝑm quã curatur formica est vt que ex ipsa est corrosiua alienetur ab humectatione quã iam administrasti in herisipilla: humectatio enim non est cõueniens vlceribus.

¶In qua pte Aui. pseqnit curã formice ambulatiue & cor
rosiue q̃tũ ad localia: & diuidit ps hec in ptes qnq̃. ꝑ⁹
Aui. facit qõ dictũ ẽ: & ponit quãdã curã ꝓhibituã in for
mica corrosiua. 2⁹ ponit curã formice ambulatiue q̃ non
transit in corrosiuã. 3⁹ ponit curã formice ambulatiue qñ
timet q̃ transeat in corrosiuã. 4⁹ ponit curã formice cor
rosiue. 5⁹ ponit quandã curã formice spãlem ꝑm q̃ cõpa
ratur ad corpus pueri. 2ª ibi (Et administra in ꝓncipijs
eius.) 3ª ibi (Et si timet sup eã corrosio.) 4ª ibi (Cũ ergo
apparet corrosio.) 5ª ibi (Vlox aũt formice.) Dicit g̃ Aui.
ꝑ⁹: Vlta aũt ꝑm quã curat formica supple cũ localib⁹ est
vt q̃ ex ipsa est &c. q̃ iam administrasti in herisipilla: & p
istum textũ positũ hic habes manifeste q̃ de intentione
Auic. est q̃ i herisipilla cõpetãt in ꝑn⁹ frigida & humida
cuz stipticitate & nõ frigida & ficca: sic cõpetũt in flegmõe.
Et rõ hui⁹ dicta fuit superi⁹. qz mã herisipille ẽ colera q̃
est calida & ficca: & tõ in ipsa cõpetũt frida & hũida. in for
mica aũt corrosiua: lz mã ipius sit colera rõne ipsi⁹ ꝓpe-
tunt frida & hũida. tñ qz vlcus est in ea & corrosio q̃ nocet
ab hũiditate. qz oia vlcera & spãlr corrosiua idigent exic-
catiõe. ideo in formica corrosiua nõ cõpetunt hũectãtia q̃
administrant in herisipilla: imo ꝓpetũt exiccantia. & hoc
est qõ subdit Auic. cũ dicit humectatio. n. nõ est ꝓueniẽs
vlceribꝰ: qz oia vlcera idigent exiccatiõe q̃dã: sic dicetur
postea ab Aui. & cã hꝰ vsqz ad illũ locũ reseruet ibi. Suf-
ficiẽter ad id dictũ declarabit. Tunc sequit illa pars.

¶Et administra in principijs eius post sicut lactucaz & nenufar & sempuiuã & vo lubilem & portulacam. Et si fuerit necessarium: tunc q̃ sit sicut solatrum & propꝛie siccum tritum: in ipso enim est exiccatio & sicut arnaglossa & rubus & lens & post ipsam sauich ordei & cortices granatorum & rami vitis.

¶In qua pte ponit curã formice ambulatiue q̃ nõdũ trã
siuit in corrosiuã & dicit: Et administra in ꝑn⁹ ei⁹. s. formi
ce. hoc est dicere aĩq̃z trãseat in corrosiuã: sz solũ sit am-
bulatiua. vñ illud qõ dicit i ꝓncipijs ei⁹ nõ refert ad ipa
ꝓncipij corrosiue: de q̃ Auic. fuit locut⁹. sed refert ad for
micã q̃ fit ex colera. & denotat formicã q̃ nondũ transi-
uit in corrosiuã: sed solũ est ambulatiua. & q̃ Auicẽ. itelli
git hic de formica ambulatiua appet per illaz ptẽ q̃ subse
quit qñ dicit (Et si timet sup eã corrosio &c.) Si enim hic
loqueret de corrosiua nõ diceret postea. Et si timet sup
eam corrosio: qz in formica corrosiua nõ timet corrosio:
cũ sit ibi iam corrosio. sed in ambulatiua timet corrosio.
qz in ambulatiua ꝑ⁹ nõ ẽ ibi corrosio sed põt eẽ futura. &
ideo in ea nõ timet corrosio cũ timor sit respectu absen-
tis vel futuri & nõ respectu pñtis. Sic ergo tunc expone
dictũ Aui. hic. Et administret in ꝓncipijs ei⁹: hoc ẽ admi
nistrat in ipsa formica in ꝓncipijs. i. aĩq̃z vlceret. sed solũ
vt est ambulatiua: ita q̃ hic ponit curã formice ꝑt est pu
ra ambulatiua. ¶Primo sicut lactucã nenufar & sempuiuã
&c. qz ista sunt infrigidantia cũ aliquali exiccatione licet
parua: & hõ emplastrũ factũ ex eis est ꝓueniẽs in formica
ambulatiua. Et põt fieri ex istis emplastrũ vt si coquant
oẽs iste herbe in aqua: & postea terant cũ cultello donec
fiat unde emplastrũ: vel etiã si administrent solũ trite in
modũ salsamenti: optime sunt. Et si fuerit necessariũ tũc
vt sit sicut &c. id est fuerit necessaria maior exiccatio q̃z sit
in ꝓdictis misceas cũ ꝓdictis solatrũ: & ꝓꝛie siccũ tritum
id est ꝓꝛie q̃ est siccum & teratur & fit inde puluis: & iste
puluis solatri admiscet cũ ꝓdictis: in ipo em. s. solatro est
exiccatio supple maior q̃z in ꝓdictis. Dicit aũt Aui. & pro-
ꝓꝛie siccũ tritũ: qz forte magis deficcat solatrũ qñ siccatur
& fit inde puluis q̃z qñ est viride: qz qñ siccat receditoꝛis
humiditas actualis quã hz & remanet frigiditas & sicci-
tas & ei⁹ cõplexio nãlis: & sicut arnaglossa rubus & lẽs. s.
sunt bona qñ indigemus maiori exiccatione: & põt fieri
emplastrũ ex lentib⁹ coctis cum rubo & arnaglossa: & est
emplastrũ optimũ: qz infrigidat & deficcat. Et videte lo-
co illius emplastri põt fieri emplastrũ ex lentib⁹ & rosis
& arnaglossa coctis in aq̃ cũ mica panis furfuret: id est opti
mũ emplastrũ in formica ambulatiua: & in oibus pustu-
lis silibus sic Gal. ponit. 14ª particula de ingẽ. sani. & id
emplastrũ Auic. ponit in cura ꝓpue & ignis ꝓfici: qz oi-
bus talibus pustulis valet: qz infrigidatiuũ est exiccatiuũ
paz repcussiuũ sicut ponit post ipaz Gal. sauich ordei &c.

ſdeſt cõpetit predictũ emplaſtruz qõ ſit ex arnaglossa.eſt bonũ etiã empl'm qõ ſit ex farina ordei cũ corticib⁹ granatoꝝ t ramis vitis:ſiẽ ſi coquãtur rami vitis viridis t tritꝯ cũ farina ordei:t poſtea admiſceat ibi puluis corticũ granatoꝝ vel cortices granatoꝝ:ſi ſunt recẽtes ita q̃ poſſint teri t miſceri cũ farina ordei:id empl'm ẽ bonũ cũ ſit infrigidatiuum t deſiccatiuum.

Sed circa iſtam ptẽ eſt dubitatio: qr vſ q̃ iſta exiccatiua q̃ Aui.h ponit nõ cõpetãt ſalte in formica ambulatiua de q̃ h eſt ꝓmo qr cã formice ambulatiue eſt colã:g̃ medicine eius debẽt eſſe frigide t hũide:qr ſic ꝓpter iſtã rõnẽ medicie herifipille in ꝓn⁰ debẽt eẽ fride t hũide vt ſupius dicebat:ibi ẽt p iſtã rõnẽ vſ q̃ debeat eſſe in formica. ¶Iſtam dubitationẽ optie ſoluit Aly.i diſpõne regali ca⁰ de curatiõe formice.dicit.n.ꝓm q̃ ibi appet q̃ i formica rõne cãe efficiẽtis hãc paſſionẽ cõpeteret medicia frida t hũida:eo q̃ colã ẽ calã t ficca:t tõ dem ẽ ſupi⁰ q̃ i herifipilla cõpetit frida t hũida cũ mã ipſi⁰ ſit colã:Sz qr formica ẽ vlc⁹ qõ dõ ſiccatiõe idiget ꝓp hũiditatẽ q̃ ẽ in ea ꝓm q̃ ibi dic Aly. tõ applicam⁹ ꝓpoſitũ curatiõis ad accñs.i.ad vlc⁹ qõ idiget dõſiccatiõe:tõ cõpetit i ea medicia exiccatia. ¶Et nota vlteri⁹ q̃ ex dictis Aly.vbi h̃ q̃ oĩs formica eſt ibi cũ q̃dã vlceratõe cũ q̃ ẽ q̃dã hũiditas q̃ idiget dõſiccari:ſz q̃dã formica vltra h̃ q̃ ẽ cũ q̃dã vlceratiõe ẽ corroſiua: t q̃dã nõ ẽ corroſiua:ſic q̃dã ẽ vlc⁹ cõpoſitũ:t q̃dã ñ. Et tõ formica rõne vlcerationis idiget medicamib⁹ infridatib⁹ t dõſiccatib⁹:Sz q̃ ibi dic Aly.Sz illa q̃ ẽ corroſiua idiget magis exiccatib⁹ t vehemẽt⁹ nocet ab hũidis. Illa aũt q̃ nõ eſt corroſiua ñ idiget ſic exiccatib⁹: nec ita nocet a fridis t hũidis:t h̃ ẽ qõ dic ibi Aly.tõ g̃ vti cataplaſmatib⁹ oz dõſiccatib⁹ niſi q̃ qb⁹ vtimur medicamib⁹ i formica q̃ i cute ẽ mun⁹ dõſiccatia ſũt t ſine moſtura vt aſſiaphũ memute cc.2ª aũt ſpes formice q̃ ẽ formica comedẽs curãda ẽ medicamib⁹ magis deſiccatib⁹ vt chimollea cũ aceto cc.Sic g̃ tũc ex itẽtiõe Aly.appet q̃ i formica oĩ cõpetit medicie fride t deſiccatie:ſz magis cõpetit i corroſiua:t tõ Auic. dixit i ꝓcedẽtt pte q̃ formica corroſiua alienat ab hũectatib⁹:t magis dixit de formica corroſiua q̃z de ãbulatia qr magis nocet in corroſiua q̃z in ãbulatiua:vt dictũ fuit ſupra:Philomin⁹ in ambulatia nõ debẽt adminiſtrari pure hũida:t tõ Aui.in cura ambulatie ꝓmo dixit q̃ ꝓmo adminiſtram⁹ in ea ſiẽ lactucã t nenufar t ſempuiuã t iuſquamũ cc.qr empl'z factũ ex iſtis ẽ infrigidatiuũ cũ pauca exiccatiõe:qr h̃ ſũt aliqua frida t hũida:ſiẽ lactuca t nenufar t portulaca:t aliq̃ frida t ficca ſiẽ ſempuiua t iuſquamũ t thaulub:t addit poſtea Aui.vt oñderet q̃ ẽt in formica iſta cõpetit exiccatio dicẽs: Et ſi fuerit neciuz.i.t ſi fuerit necia maioꝝ exiccatio.ſ.q̃z ſit in ꝓdictis vt qr illa nõ tñ exiccẽt:tũc q̃ ſit ſiẽ ſolatrũ cc. Ex h.n .appet q̃ in formica ambulatia ẽt debẽt adminiſtrari medicamia exiccatia:t nõ hũida.Sz qr magis cõpetit exiccatia in corroſiua tõ Aui.dixit ꝓpoſitum de corroſiua q̃ alienet ab hũectatib⁹:t in ãbulatiua dixit q̃ adminiſtrat in ꝓncipijs ei⁹:ſiẽ lactuca cc.t nõ itelligas lactucã puram vl nenufar:ſz admixtũ cũ illis exiccatis. Et i h̃ dicto.ſ.qñ dicit: Et adminiſtra in ꝓncipijs ei⁹ cc.oſtdit Aui.q̃ debem⁹ adminiſtrare i ãbulatiua paꝝ exiccatia. Et qr ẽt nõ debem⁹ in ea adminiſtrare pure humida:ſz etiam exiccatiua:addit poſtea:Si fuerit neceſſarium. Et tunc ſequitur illa para:

¶Et cum timent ſup eã corroſio t vlcera adminiſtra cũ iſtis infridatiuis aliqd mellis t ſiliũm:aut farinã thuris cũ aceto: t aqua que currit ex ligno vitis humido cum aduritur:t ſtercus ouium cum aceto.t ſuccus vaccinum cum aceto.

¶In qua ꝑte ponit formice ãbulatie qñ timeꝫ ne tranſeat in corroſiuã:dicit g̃:t ſi timeꝫ ſup eã.ſ. formicã ambulatiuã corroſio cc.adminiſtra cũ iſtis infridatib⁹.ſ.ꝓdictis aliqd mellis t ſiliũ:qr vt dicit Aui.i 2⁰ li.mel eſt abſterſiuũ t reſolutiuũ hũiditatũ t ꝓhibet putrefactionẽ t corroſionẽ carnis:t tõ admixtũ cũ iſtis infridatib⁹ ꝓhibet corroſionẽ t putrefactionẽ carnis ipſi⁹:aut farina thuris ſu.mixta cũ aceto t aq̃ q̃ currit ex ligno vitis hũide cũ aduritꝫ ſu.ꝓhibet corroſionem:qr olibanũ.vt dicit Aui.in 2⁰ conſolidat valde vulnera t ꝓpter recẽtia:t ꝓhibet fraudulẽtã dilatari cc. vt ibi Aui.dicẽ.ſil'r acetũ cũ tali farina thuris eſt bonũ:qr vt dicit Aui.in 2⁰ acetũ ꝓhibet aduentũ apatũ t ambulationẽ cãcrenaꝝ t ſanat herifipillã comeſtũ t bibitũ t lintũ:t ꝓhibet ambulationẽ oĩs apatis:t dicẽ etiã paꝝ poſt: t ꝓfert vlcerib⁹ ãbulatis: ſil'r ẽt aq̃ ligni vit hũide cũ aduritꝫ mixta cũ ꝓdictis ẽ bona:qr deſiccat:t tõ timeat ad ꝓhibitionẽ corroſionis t putrefactiõis. Et ſtercus ouiũ cum aceto ſu.ꝓhibet ẽt corroſionẽ poſitũ ſup locũ: t ſil'r ſterc⁹ vaccinũ ẽt cũ aceto ẽ in h̃ bonũ:qr iſta ſtercora deſiccãt: t nõ ſunt multe calitatis: ſiẽ appet ꝑ Aui.in 2⁰.t tõ bona ſunt:t maxie mixta cũ aceto qõ maxie ꝓhibet corroſionẽ t cũ h̃ ẽt ſedat calitatẽ apatũ caloꝝ. Et nota h̃ q̃ Aui.paꝝ ponit ꝓhibitionẽ corroſionis formice:t h̃ qõ dicit q̃ſi incidẽtaliꝫ dicit:t medicamia ẽt extranea ponit ſz ꝓ h̃ recurras ad tractatũ de vlcerib⁹ in q̃ tractatu ſpal'r facit qõdã capl'm de cura vlcerũ corrodẽtiũ ſe:ibi eñ docet ſufficiẽter ꝓhibere corroſionẽ vlcerũ:t tõ ꝓ cura huiꝰ ad id capitulũ recurratur. Tunc ſequitur illa para:

¶Cum ergo corroſio t vlceratio appet: tunc adminiſtra trociſcos andaracaron cũ vino ſtiptico: aut aceto cõmixto: aut ſucco cucumeris aſinini t ſal t fel hyrci t rutam cum nitro t piper t nitrum cuz vrina pueri.

¶In q̃ ꝑte ponit curã formice q̃ ſi eſt vlcerata: t diuidit ꝑs hec i duas: ꝓ⁰ ponit curã iſtius cũ medicis.2⁰ cũ cyrugia.i.cũ opatiõe manuali.2ª ibi.(Et G.qdẽ dixit.) dicit:t ꝑs:qr ille medicie q̃ debẽt admiſceri i formica vlcerata t corroſiua debẽt eſſe fortiter deſiccatie:ſiẽ dicit G.i 4. pticula de igenio.ĩmo dicẽ ipe ibi. Medicia q̃ ceteris nõ ꝓnit vlcerib⁹ huic bona nõ erit:qr locũ putrefacietꝫ h̃ eſt qr nõ eſt tm̃ deſiccatia:t tõ trociſci andaron:t cũ illa medicia quã hic ponit boni ſunt cũ ſint fortiꝫ õſiccatiui: quõ aũt t ex gbus fiãt trociſci andaron Aly.i diſpõne regali ca⁰ de formici optie ponit.t Sera.in ſuo antidotario:t tu q̃ras in nr̃o tractatu quẽ fecim⁹ de vnguẽtis t trociſcis t aliꝭ q̃ cõpetit i cyrugia: t ꝓm etiã illã diſpõnẽ cõponas t eis vtaris. ¶Deinde cum dicit:

¶Et Gal.qdẽ dixit eẽ ꝓueniẽs vt ſumatur aliqd ſicut embuba t ex extremitate pẽne:aut alterius rei:cui⁰ extremitas ſit acuta:quã poſſe ſit deglutire formicã:deinde penetret in circuitu eius vſq̃ ad ꝓfundũ cũ acuitate ſua:deinde eradicẽtur cũ ea formice cum radice ſua.

¶Ponit curam formice corroſiue cñ opatiõe manuali:t hec curatio oz fieri qñ curatio ip ſi⁰ erit difficil ꝑ medicinas.t dicit g̃.Et.G.qdẽ cc. ſicut embuba . embuba dicit eẽ inſtrm̃ ꝓcauũ t lõgũ ad modũ pẽne cui⁰ extremitas ſit acuta.ſ.incidẽs:quã poſſe ſit cc.t ſu. tu qñ formica eſt ſiẽ euulſa ex ſua radice:tũc curet curatiõe vlcerũ:poſtea ꝓſolidãdoꝝ t cicatriçandoꝝ cum medicinis que dicent in

Dinus ſup ſen cc.Aui. c

capitulo proprio. Tunc sequitur illa para:

¶ Illoꝝ autē formice q sunt sicut pueri destruūtur si itromittant in balneū ⁊ no cet eis aer balnei deīde egrediant velociter: ⁊ leniant cū oleo ro. ⁊ aqua rosata.

¶ In qua pte icidētaliʳ ponit quandā curā spālē formice ꝑm q formica cōpat ad corpus pueri: ⁊ dico q istud qō hic ponit icidētaliʳ ponit: qz formica ꝑut accidit in corpe pueri vel infantis spectat cura ipi⁹ ad caplm positū in p⁹ li. fen 3ª de egritudinib⁹ curādis infantiū. ibi. n. ponit quō cureni bothoꝝ q accidūt eis: ⁊ ēt Alyʒ. in dispōne regali ꝑ ponit: vbi determiat ō egritudib⁹ infantiū ⁊ curis ipoꝝ. Dicit ḡ Aui. Illoꝝ aūt formice q sunt fiē pueri. i. fiē infantis destruūt si itromittāt in balneū: ⁊ itelligē ꝑm q dicit in illo ca⁹ Aui. illo. ℊ. Et ē cuz in corpe ei⁹ accidit bothoꝝ ⁊c. Et Alyʒ. in dispōne regali: dicē q tale balneū dz esse ex aq̄ in aq̄ cocte sint res stiptice: sicut sunt rosa ⁊ mirtus ⁊ folia arboris masticis ⁊ tamarindi ⁊c. Intellige etiā q hoc est verū qō dicit Aui. maxiē si tales formice nō sunt vlcerate ⁊ corrosiue: qz si essent vlcerate ⁊ corrosiue: forte nō sufficeret balneū tale: ſz fiat eis cū vnguēto de cerusa vel filse vnguēto deficatiuū: ꝑm q dicit ibi Aui. ⁊ nocet eis scz pueris aer balnei: qz aer balnei nō est ꝓueniēs cōplexioni eoꝝ fiē aq̄ balnei eo q aq̄ balnei magis ꝓuenit cōplōni eoꝝ cū sint magi hūida: qz vt dicē Aui. i p⁹ feu 3ª ca⁹ de balneis: Opatio nālis balnei est hūectare sui aq̄ ⁊ calefacere sui aere. Et in ꝺ q dicit hic Auic. duo innuūtur vnū est q magis ꝓueniat eis balneū aquaꝝ q̄ aeris: sicē stufa: qz ꝓuenit magis cōplexiōi. Aliud est: qz cū ēt i balneo aq̄tico sint duo est ibi aqua ⁊ aer circūdās balneū: ⁊ pueris ꝓueniat balneū rōne sue aq̄: ⁊ rōne sui aeris noceat vel nō ita iuuet: qz nō est ita ꝓueniēs cōplōni eoꝝ: sicut aq̄ ꝓpter cām dictā: qz nō debēt ibi multū morari: qz aer balnei nocet eis. Et hoc est qō subdit Aui. dicēs: deīn egrediāt velociē: supple q: aer balnei nocet eis ⁊ limāt scz p⁹ exitū a balneo cū oleo ro. ⁊ aq̄ rosata: eo q ista ifridāt: ⁊ aliquātulū deficāt: ſz nō multū: sicut ē ꝓueniēs cōplōni pueroꝝ q̄ hūidissima est respectu aliaꝝ etatum:

¶ Cura miliaris. Caplm viij.

m Iliaris similat formice in curatiōe: verū melius est in solone eius vt sit i eius cathartico virtus eius qō est sicut turbith cū eo qō soluit colerā: ⁊ si ē ibi ex epithimo ē meliꝰ: qm̄ necesse est illic eē ex melācolia ⁊ flegmate q̄ admiscent colere.

¶ Supius Aui. determinauit de cura formice ambulatie ⁊ corrosiue. In isto capitulo determinat Aui. de formica miliari que fit ex colera mixta cū flegmate ⁊ melia: ⁊ dividit id caplz in duas ptes. p⁹ ponit curā eius q̄ ad vlia. 2⁹ quo ad localia. 2ª ibi. (Deīn sumant galle.) Dicit ḡ ꝓmo miliaris fiat formice ābulatiue ⁊ corrosiue in curatione eius ⁊ intellige q fiat eis: q̄tū ad curationē in duobus: primo qz sicut debemus incipe in illis ab eūone ante oēm curam localē: sic etiam in ista facere debemus. 2⁹ qz sicut predicte indigent eūone colere: ita etiam ista vltra ꝺ q idiget eūone colere idiget etiā eūone flegmatis ⁊ melie: ⁊ in ꝺ differt a predictis: qz mā istius est mixta: ⁊ hoc est qō subdit A. Verū melius ē in solutione ei⁹ vt sit in eius chatartico. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Deinde sumant galle ⁊ fructus tamarisci ⁊ cortices granatoꝝ ⁊ bolū armenū ⁊ aggregētur omnia illa in aceto ⁊ aqua ro. cum tali quātitate ne mordicent ⁊ liniantur desuper cum penna: ⁊ lac dulce est vehementer cōueniens curationi huius egritudinis.

¶ Ponit curā ipsius q̄tū ad localia: ⁊ duo facit: ꝑmo ponit curam ipsius q̄tum ad ꝓncipiū: 2⁹ q̄tum ad alia tpa q̄ sunt post ꝑnᵐ. 2ª ibi. (Et qñ ptrāsit ꝑnᵐ.) Dicit p⁹. deīn scz post eūonē corpis sumant galle ⁊ fructus tamarisci ⁊ aggregent oia illa i aceto ⁊ aqua ro. cū q̄titate: su. aceti ne mordicent: quia mordicatio faceret humorē plus fluere ⁊ ambulare ⁊ maxime in principio ꝓpter caliditatem eius. Et intellige hoc q licet omnis formica indigeat in ꝓncipio medicaminib⁹ infrigidātibus ⁊ deficcātibus vt dcm̄ fuit ō: mhilomin⁹ vt dictū fuit supra magis indiget medicaminib⁹ deficcantibus formica corrosiua q̄ ambulatiua ꝑm q dicit Alyʒ. ⁊. B. ¶ Et nota differētiā inter ambulatiuā ⁊ miliarē: qz miliaris magis deficcantibus indiget q̄ formica vocata ambulatiua: ⁊ ratio huiꝰ est: quia in miliari miscetur colera cum flegmate: in ambulatiua aūt est colera pura: ⁊ ideo in miliari non solum competit deficcatiua rōne vlceris. ſz etiam cōpetunt rōne cause ipsius salte ex parte flegmatis qō misc̄ cū colera. In ābulatiua cōpetit solū exiccatiua ex parte vlceris ⁊ nō ratione cause: cum causa in ipsius sit colera: ⁊ ideo Aui. ponit hic medicinas magis deficcatiuas q̄ in pura ambulatiua. Et ꝑm hoc etiam nota q si contingat q miliaris transeat in corrosiuā fortius indiget deficcantibus talis corrosiua q̄ si ꝓtingat q ambulatiua transeat in corrosiuā: ⁊ hoc est ratione maioris hūiditatis q̄ est in miliari qz materia ipsius nō est colā pura: sicut in ābulatiua: ⁊ lac dulce est vehemēter cōueniēs euacuationi huiꝰ egritudinis: intelligo hoc maxime ipsum bibendo plus q̄ linendo ipm̄ super locum qz vt dicit Aui. m 2⁹ de facie: multotiēs sanant q̄bus accidūt apostemata mala ⁊ carbūculi ⁊ almefire ⁊ scabies: ⁊ p̄ritus bibitione lactis cum in complexibus eoꝝ nō fuerit qō corrūpat ipm ⁊ cōuertat ad coleram: ⁊ isto modo intellige: q nō ꝓfert lac formice miliari solū: sed etiam omni speciei formice: ⁊ oīb⁹ talibus pustulis simlibus malis.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et qñ ptransit ꝓncipiū: oportet tūc vt curet cū eis que iuuat hcut caput piscis saliti adustū vino potico: ⁊ fortius illo: qñ necessaria est exiccatio: vltima cīt vt ūmantur folia albedarungi ⁊ ponatur in in eis calcadis ⁊ administrentur: ⁊ fortiꝰ hoc est vt sumantur flos eris ⁊ sulfur citrinum adustum: ⁊ fiat ex eis linimentū cuz vino: aut aqua ligni vitis que manat ꝑm combustionem suam.

¶ Hic ponit curā formice miliaris q̄tum ad alia tpa que sunt post ꝑnᵐ: ⁊ tres medicias ꝑticulares: quarū secunda est magis deficcatiua q̄ prima ⁊ tertia est magis deficcatiua q̄ secunda. Et intellige q debet administrari medicina magis deficcatiua vel minus ꝑm q est ibi maioꝝ vel minoꝝ hūiditas in vlcere: scōam medicinā ponit ibi cū dicit: ⁊ fortius illa. 3ª ibi. (Et fortiꝰ ḃ.) Et exponas fortius illo. s. in deficcādo qñ necessaria est exiccatio vltima id est magna: vt qz ibi sit mīta hūiditas: ⁊ postea cū dicit: Et fortius hoc expone. s. in deficcādo etiā vt sumaf ⁊c.

De pruna ⁊ igne perfico. Cap'm ix.

Hec duo noīa fortasse absoluta
b sunt sup omnē pustulam corro
siuā vesicantē adurentē facien-
tem accidere escarā qualē facit
accidere combustio ⁊ cauterium.

In isto cap'o Aui. determinat de gbusdā pustul': q̄ dr̄ pruna ⁊ ignis pfic⁹ ignis sacer. determiat Aui. de ambob⁹ istis sub eodē cap'o: qr nō differūt nisi fm magis ⁊ min⁹ vt postea dicet Aui. Et diuidit ps hec i duas: p̄mo determinat de ipsis theorice: scō practice. 2ª ibi. (Necessaria est flōmia vt cūet ⁊c.) Prima ps diuidit in gnq; ptes. primo oñdit qd pōt itelligi p nomē prune ⁊ ignis pfici. secūdo ponit dr̄iam inter pruná ⁊ ignē pficū p signa ppria. 3° ponit causas ipsoz: ⁊ cū hoc etiā ponit ibi differentiā inter illa ex pte causaz. 4° cōparat ista adinuicē penes nomina. 5° ponit quedā indicia sumpta ab istis. 2ª ibi. (Et illud qō appropriat noie prune.) 3ª ibi. (Et vnūqq; amboz.) 4ª ibi. (Et ubi qdē iest.) 5ª ibi. (Et qñ sunt cū spēb⁹) Prima ps diuidit in q̄tuor. p̄mo ponit vnū significatum prune ⁊ ignis pfici qō est significatū cōe ambobus. 2° ponit qōdā significatū qō est ppriū igni pficō. 3° ponit aliō significatū qō appropriat noie prune. 4° ponit qōdā significatū prune ⁊ ignis pfici qō est cōe ambobus: sz ē magis ppriū significatū ipsoz̄ q̄z fit primū: qō etiā est cōe ambobus: qr ppter videnf dici pruna ⁊ ignis pficus in isto quarto significato. 2ª ibi (Et qñq; absoluit.) 3ª ibi (Et absoluit nomē prune.) 4ª ibi (Amplius qñq; vesicat.) Dicit p̄mo. hec duo noīa. s. pruna ⁊ ignis pficus fortasse absoluta sunt. i. fortasse pñt absolui ⁊ dici sup oēm pustulaz ⁊c. Sic ḡ in isto significato ois postula vesicās ⁊ adurens faciēs accidere escarā pōt dici pruna ⁊ ignis pficus. Et nota q̄ fm istā acceptionē largā prune ⁊ ignis pfici pōt reponi sub istis egritudinib⁹: ⁊ sub curis eoz: ⁊ sub istis capitulis: quasi ois pustula cū quadā crusta: nam videmus in multis q̄ aliq̄n in eis oriunf pustule innumerabiles nigre quasi cuz viru: ⁊ ad tales pustulas valet multū vnguentū ex bolo ⁊ aceto ⁊ oleo ro. similiter vnguentum ex cęgi visto ⁊ litargiro ⁊ aceto ⁊ oleo rosa. ⁊ specialr̄ qñ eijcerēt multū virus. Et p̄ ceteris vnguētis in talibus pustulis valet vngnentum de calce ⁊ pte ceteris emplastris valet emplm qō fit ex lentibus rosis cum pauca farina ordei ⁊ oleo rosa. id eñ emplastrū est optimū in p̄ncipio taliū pustularū emittentiū virus cū quadā caliditate: eo q̄ deficcat ⁊ alterat malā complexionē ⁊ materiaz ꝓstrictā euaporat: ⁊ nō administres in talibus vnguētū albi: sicut oēs cōiter faciunt. Vidi eñ q̄ illud opilat poros ppter viscositatē eius: ⁊ ppter opilationē pozoz cōstringitur ibi humor ⁊ caliditas nō potēs respirare: ⁊ iō ō cetero hoc vnguēto nō ꝓsolidank: nec exiccāt tales pustule: imo aliq̄n augef malitia eaz: sed debēt administrari in eis vnguenta ⁊ emplastra deficcatiua non opilantia pozos sicut vnguentū de calce ⁊ emplastrū predictuz de lentibus ⁊ emplastrum ex arnaglossa qō non sic ponit in cura istoz. Et hoc qō dixi de cura istoz hic incidē taliter dixi: quia non dixi nisi ad quandā rememorationem eorum que expertus fui: quia curam istorum Auicen. sufficienter ponet in sequenti capitulo. Deinde cum dicit:

Et quandoq; absoluitur nomen ignis
perfici de illis super quod est illic pustu
la de genere formice comestiua aduren
s vesicans in qua est aliquid ambulans et
humiditas est colerice materiei: pauce
nigredinis pauce putrefactionis: et est
cum pustulis plurimis alteratis quasi sit
illic humor ⁊ fetor plurime ebulitionis
⁊ eleuationis.

Auicēna ponit quoddā aliud significatum qō potest significare nomen ignis perfici solum. ⁊ dicit: Et quādoq; absoluitur idest pōt dici nomen ignis perfici de illis scz pustulis: supple existentibus in membro super quod est illic pustula de genere formice ⁊c. hoc est q̄ñ pōt dici nomē ignis pfici de formica ambulatiua corrosiua q̄ adurit ⁊ deficcat de qua dictū est supra i p̄ori cap'o. Et humiditas colerice materiei. i. ipe humor colericus in tali pustula est pauce nigredinis: ⁊ pauce putrefactiōis. i. est alicuius nigredinis ⁊ alicuius putrefactiōis: idest adusti onis: sed est pauce: qr materia vel humor colericus non est ibi fic adustus sicut est in pruna: vt dicef postea. Et est cū pustulis plurimis. s. ista formica q̄ pōt appellari ignis pficus alteratis. i. inflāmatis: quare sit illic humor calidus ⁊ fetor plurime ebulitionis ⁊ eleuationis: nā ppter humorē colericū cal'm q est ibi fit ibi magna ebulitio vel eleuatiōes in hūoribus: ⁊ ppter ebulitionē fiunt ibi multe eleuatiōes ⁊ mlte pustule inflāmate: ⁊ ideo est cū plurimis pustulis alteratis. vult ḡ dicere Auic. in ista parte q̄ ignis perficus aliq̄n pōt dici formica comestiua aduréte vesicante. Deinde cum dicit:

Et absoluit nomen prune super illud
qō denigrat locum: ⁊ facit membrū ha-
bens colorem carbonis absq; humidita
te: ⁊ est plurime nigredinis submersa: ⁊
eminētia ei⁹ est parue q̄stitatis supinalis
⁊ fortasse non erit illic pustula omnino:
immo incipit in primis pruna: ⁊ totum
illud icipit cū pruritu sicut scarificatōes.

In ista parte Aui. ponit aliud significatū qō pōt significare nomen prune. Et dicit: ⁊ absoluit. i. pōt dici nomen prune sup illud. i. sup illā pustulā que denigrat locum ⁊ facit membrū habēs colorē carbonis: ⁊ hoc est: quia illa pustula ē de materia colerica multū adusta: vel ab humore melico multuz adusto: absq; hūiditate aliq̄. i. absq; alīq̄ alia virulētia: ⁊ hoc ē ppter multā adustionē humoris in tali pustula: vñ est ibi humor adustus terrestris exiccatus: ppter qō pustula talis est ficca sine aliqua humiditate: ⁊ est plurime nigredinis. s. talis pustula: ⁊ hoc est quia fit ab humore colerico ⁊ melancolico multum adusto submersa: hoc ē rōne grossitiei hūoris quā hz ex adstione vñ submergit in mēbro ⁊ h̄ est qō subdit. Et eminētia ei⁹ ⁊c. Et fortasse nō erit illic pustula. i. aliqs tumor pustulosus: sed solum fit ibi queda crusta nō faciens tumorē ad modū cruste que fieret a carbone: ⁊ hoc est qō subdit Aui. imo incipit in primis pruna. i. crusta. i. ad modū cruste quā facit carbo ignis: ⁊ totum id hoc est pustula predicta incipit cum pruritu sicut scabies idest incipit cum pruritu: ⁊ intellige sicut scabies sicca que est cuz pruritu quia sicut illa scabies sit ex colericis humoribus intensis: ita predicta pustula: ⁊ ideo incipit cum pruritu sicut talis scabies. Sic ergo ex dictis Auicē. apparet q̄ pruna aliquando dicitur omnis pustula sicca pruriginosa nigra adusta ⁊ submersa faciens membrum habere colorem carbonis. Et nota hic q̄ in tali pustula quā hic describit Auicē. mirabiliter vide conferre emplastrum factum ex farina tritici vel ordei cocta cum aqua ⁊ oleo in modum vngueuti: ⁊ hoc in principio. Et postea emplastrum cum farina ordei aqua ⁊ melle: fecit enim cade

re crustam ⁊ totum locum detumescere: ita q̄ postea nō fiat nisi necessaria curatio vlceris ingr̄tum vlcus: ⁊ hoc optime facit postea dyapalma: ⁊ hoc etiam q̄d hic dixi solum per experientiā quā vidi quia Aui. in sequenti capitulo ponet sufficienter curam prune ⁊ ignis perfici. Tunc sequitur illa pars:

¶ Amplius quandoq̄ vesicat ignis p̄ficus: aut pruna ⁊ currit ex ea aliquid: sicut currit a cauterizato cum combustione ⁊ est locus cineritij coloris niger: ⁊ quandoq̄ est plumbeus: ⁊ inflatio vehemēs qua circundat̄ absq̄ rubedine verificata: imo cū declinatiōe ad nigredinē.

¶ In qua parte Aui. ponit quoddā significatum prune ⁊ ignis perfici q̄d est magis cōmune ambobus ⁊ magis p̄priū significatū q̄̄ predicta: q: hoc videt significare prunam ⁊ ignē perficū: q̄ hic ponit. Aui. Dicit ergo Auicē. amplius q̄nq̄ vesicat ignis perficus aut pruna: quasi velit dicere Aui. q̄ preter p̄dicta significata dicunt̄ quādoq̄ pruna ⁊ ignis perficus pustule vesicantes ex quibus egreditur humiditas sicut egreditur ex cauterizatiōe cū cōbustione ignis: ⁊ locus in quo est cineritij coloris nigri. Et q̄nq̄ est plumbeus: ⁊ hoc si nō esset tanta adustio ⁊ est in loco inflāmatio vehemens que circūdat absq̄ rubedine verificata: ⁊ hoc est q̄ circūdatur rubedine non vera: imo illa rubedo declinat ad q̄nandā rubedinē propter adustionē que est ibi. Sic ergo apparet q̄ dicit esse pruna ⁊ ignis p̄ficus in isto significato: q: dicunt̄ pustule vesicantes cē. quō ignis p̄ficus specialr differat a pruna dicetur statim. ¶ Et nota hic q̄ id significatum: videtur prune ⁊ ignis perfici: ⁊ id enī videtur proprie significare pruna ⁊ ignis perficus: alia aūt significata non sunt significata sic ppria ad ea que possunt extendi nomē prune ⁊ ignis perfici. Et ratio esse pōt: quia omniū quasi est eadem cura: ⁊ eodē modo curant̄: ⁊ ideo pruna ⁊ ignis p̄ficus possunt absolui ad significata predicta que posuit Aui. sed ppr̄ie noiatur pruna ⁊ ignis p̄ficus id q̄d Aui. hic dicit. Tunc sequitur illa pars:

¶ Et illud q̄d appropriat̄ noie prune est nigre radicis ignee: ⁊ ē eis splēdor prune.

¶ In qua p̄te ponit differentiā inter prunā ⁊ ignē p̄ficum ostendendo in quo differūt per signa eor̄. Et dividitur hec pars in duas: p̄mo facit hoc q̄d dictū est. secūdo comparat prunā ⁊ ignem perficum ad mēbra in q̄bus fiunt. 2ª ibi. (Et quod de eis accidit in carne.) Dicit ergo p̄mo Aui. Et id q̄d appropriat̄ noie prune. i. id q̄d ppr̄ie dicit pruna est nigre radicis ignee. i. habet radicē nigraz ⁊ in flāmatā inflāmatiōe ignis. Et est ei splendor prune. i. carbonis ignis. Sic ergo tunc p̄m dictū Aui. illa pustula p̄prie dicit pruna que est radicis nigre igne siue inflāmate. Sed tu suppleas illa pustula ppr̄ie dicit ignis p̄fici q̄ habet radicem inflāmatā tendentē ad q̄nandā rubedinē eo q̄ ignis p̄ficus vt postea dicet est vehemētius colerica: pruna aūt est vehemētius melica: ⁊ ideo matoz nigredo est in pruna q̄̄ in igne p̄fico. Iterum etiaz materia est magis adusta in pruna q̄̄ fit in igne p̄fico: ⁊ ideo dicim⁹ q̄ pruna est magis ex humore melico: quia est ex humore magis adusto: humor aūt adustus tendit ad naturam melie: ⁊ ideo postula prune tendit ad matorē nigredinē q̄̄ pustula ignis p̄fici. ¶ Et ppter hoc nota vlterius q̄ recte appellatur illa pustula que est matoris nigredinis ⁊ adustionis pruna: q: assimilatur colori ⁊ substantie prune ignis: illa autem pustula que est tante nigredinis: nec sic adusta recte dicitur ignis p̄ficus: q: assimilatur flāme ignis: ⁊ in colore: quia tendit ad q̄nandā rubedinē sicut ignis: ⁊ i substātia: quia est ex materia acutiori ⁊ subtiliori q̄̄ pruna: ⁊ ideo humor ignis: ⁊ ideo vocatur ignis p̄ficus: humor aūt prune assimilatur prune siue carboni ignis: quia materia in pruna est magis nigra adusta terrestris ⁊ incinerata: sicut est carbo adustus ab igne: ⁊ iō vocatur pruna siue carbo.

¶ Et ignis perficus de eis ambobus est velocioris apparitionis: ⁊ motus ⁊ pruna est tardior ⁊ profundior: ⁊ quasi materia eius est materia pustule: ⁊ impetiginis: sed est acutior in igne perfico.

¶ Hic ponit aliā differentiā inter illa ⁊ dicit. Et ignis p̄ficus de eis ambobus est velocioris apparitiōis ⁊ motus ⁊ hoc est: q: est materie magis subtilis: q: est materie magis colerice ⁊ minus aduste: ⁊ pruna est tardior ⁊ p̄fundior: q: materia est magis grossa: ppterea q: magis melancolica: ⁊ plus adusta: ⁊ ideo tardius movet: ⁊ plus p̄funda in mēbro: ⁊ quasi materia eius. i. prune est materia pustule ⁊ impetiginis. i. asperitatis: sed in igne p̄fico est acutior: quasi velit dicere hic Aui. q̄ in hoc etiam differt pruna ab igne perfico: q: materia prune est cum esse pustule ⁊ impetiginis. i. cum pustula nō acuta nec eleuata: vnde in pustula prune non est ibi tumor quasi sensibilis: sed est ibi tumor quasi ad modū asperitatis alicuius: q: vna pars quodāmodo supeminet alteri: sicut est in re aspera: sed nō est tumor sensibilis: quanq̄ vna pars supemineat alteri: sz in genere p̄fico materia est magis acuta ⁊ magis eleuata ⁊ ideo est ibi pustula magis tumens. Et ratio hui⁹ est: q: mā in igne p̄fico est subtilior: eo q̄ materia in ipso est magis colerica ⁊ minus adusta: ⁊ iō cum materie subtilis sit petere sursum ⁊ eleuāre se ad superiora: ideo pustula in igne perfico est acuta ⁊ eleuata. In prune aūt est materia magis grossa eo q̄ materia ipsius est plus admixta melie ⁊ est magis adusta. De ratiōe aūt materie grosse est p̄fundari ⁊ infigi in mēbro: ⁊ ideo pustula in pruna nō est ita acuta nec eleuata: sed magis est p̄funda ⁊ submersa q̄̄ sit in igne p̄fico: ⁊ ideo bñ dicit Aui. de pruna. Et quasi materia eius est cum esse impetiginis ⁊ pustule ⁊ expone impetiginis hoc est asperitatis: q: sicut in impetigine nō est tumor: sed quedā est asperitas: ita etiaz est in pruna: sed in igne p̄fico est acutior. i. est magis eleuata ⁊ tumens.

¶ Et quod ex eis accidit in carne est velocioris resolutionis. Et quod ex eis accidit neruis ē fixi⁹ ⁊ tardioris resolōnis.

¶ Hic Auicēna cōparat ignem perficum ⁊ prunam ad seipsa per respectum ad membra in quibus fiunt: ⁊ p̄tz q̄d dicit Auicē. Intentio autem dicti Auicē. est: quia in carne est caliditas ⁊ humiditas ⁊ amplitudo pororū: in neruis autem est frigiditas ⁊ siccitas ⁊ spissitudo pororum. Et ideo humor qui est in carne collectus citius resolui̇t per caliditatez que adiuuat: ⁊ ppter vias. i. poros magis apertos. In neruis autem ppter frigiditatem ⁊ spissitudinem neruorū plus humor infigitur ⁊ tardius resolui tur. Et ideo bene dicit Auicē. Et q̄d ex eis accidit in carne. Et intellige etiam hic vltra illud q̄d dicit Auicen. q̄ ignis perficus de se est vehementis ⁊ citioris resolutionis q̄̄ pruna: eo q̄ materia in ipsa est subtilior ⁊ minus infissa q̄̄ in pruna vt dictum fuit supra: ⁊ hec est vna comparatio que est comparatio prune ad ignem perficum. Sed alia est comparatio ipsorum ad seipsa per respectū ad membra in quibus accidunt: ⁊ istam hic Auicen. ponit: sed primam comparationē dedit intelligi: per id q̄d dixit supra. Et ignis perficus est velocioris apparitionis

ꝛ motus. Tunc sequitur illa pars:

¶ Et vnumquodq; amborum est de colera citrina adurente permixta melancolie. Et ꝓpter illud accidit ex eis ambobus ascara nigra: ꝛ est quasi fit ignis perficus vehemẽtius colericus: ꝛ pruna vehementius melancolica.

¶ In qua parte ponit causas istorũ: ꝛ cũ hoc etiã assignat differentiam inter ista a parte causarũ: ꝛ dicit: ꝛ ptz. ¶ Et nota ad magis declarandũ dictũ Aui. q; pruna ꝛ ignis pficus fiunt ex eadẽ materia: quia vnũq̃q; fit ex colera citrina adurente pmixta melancolie: ꝛ ideo bene dicebat supra q; ignis pficus ꝛ pruna sunt pustule vesicantes ꝛ adurentes. ꝛc̃. Et ideo dictum fuit etiam supra q; Auicẽ. ibi. (Amplius q̃lib; vesicat ꝛc̃.) ponebat ꝓpriũ significatum prune ꝛ ignis perfici ꝛc̃. q; ꝓprie pruna ꝛ ignis perficus sunt pustule vesicantes ꝛ adurentes ꝛc̃. bene tamẽ possunt significare illa alta: quia quasi omniũ est eadem materia ꝛ eadem cura: vt dictum fuit supra: ꝛ iõ quocũq; accipiatur pruna ꝛ ignis perficus fiunt quasi ex eadem materia: ꝛ ꝓpter hoc ambo determinant sub eodem cas differunt tñ sm magis ꝛ minus: q; ignis perficus est vehementius colericus: eo q; materia ipsius est ꝑmixta melancolie ꝛ minus adusta: sed pruna est vehementius melancolica: quia materia eius colerica est magis pmixta melancolie: ꝛ est magis adusta: ꝓpter adustionẽ autẽ humor tendit in naturam melancolie. Et ex his que dicta sunt etiam apparet quõ iste pustule differant a predictis. s. a formicis: quia in istis est materia colerica magis adusta ꝛ magis melãcolica q̃ in illis: Iz q̃lib; vt dictũ fuit supra nomen ignis pfici possit absolui: q̃lib; super formicã comestiuã adurentẽ: q; tũc quãdo formica transiuit in formicã corrosiuam malz eadẽ est quasi mã ipsi⁹ ꝛ q̃si mã ignis pfici ꝛ eadẽ est cura ipsius: ꝛ ideo nomen ignis pfici potest absolui sup illam: vt dictũ fuit supra. Tunc sequitur illa pars:

¶ Et tibi quidem inest vt nomines vnũ quodq; amborum cum intentione que aggregat ambo pruna: deide diuidas: ꝛ similiter inest tibi vt nomines ea ambo ignem persicum propter illam eandem intentionẽ: deide diuidas: ꝛ inest tibi vt des vnicuiq; intentioni nomen: ꝛ iam fecerunt totum illud: ꝛ nõ est plurima differentia in eo.

¶ In qua parte ponit curã althoym quãdo eſt in ſtatu: et hoc intelligẽdum eſt q̃ nõ ſolũ ꝺbemus facere in ſtatu ſcalpellationẽ: ſed etiã quãdo eſt in augmento vel circa principiũ: ꝛ hoc dico factis vniuerſalib°: q: quãto citius trahit ſanguis venenoſus tãto ẽ melius: ꝛ tãto plus ſecu ratur eger a morte ꝛ a malis accidẽtib°: ꝛ quãdo facim° ſcarificationẽ ꝺbem° abluere ſanguinẽ cũ aqua calida qui egredit. Et ſi poſt ſcarificationẽ indiget ventoſis fiãt cum lenitate vt ſugant ſanguinẽ qui egreditur malus p ſcarificationem: ꝛ hoc eſt qõ dicit Raſis. Locum aũt ſcal pella ꝛ ablue ſanguinẽ cũ aqua calida nec cõgeletur ꝛ ne ſcz currat ad cor per vias arteriarũ ꝛ fugat ſuctione leui vt egrediat paulatim. Poſtea quãdo locus eſt ſcarifica tus ꝺbemus ponere emplaſtrũ qõ matureꝛ ꝛ attrahat ꝛ faciat cadere eſcaraz ſicut ẽ emplaſtrũ de fermẽto ꝛ buty ro ꝛ ſale vel de farina frumẽti cũ aqua ꝛ oleo ꝛ parũ cro ci: vel emplaſtrũ de radice euiſci cũ fermẽto ꝛ butyro: et farina fenugreci ꝛ ſeminis lini. ¶ Et itelligẽ q̃ tantũ ꝺ beat ſcarificari plurib° vicibus q̃ recedat tota nigredo ꝛ totus ſanguis malus venenoſus. Et ideo dicit Auicen. ꝛ non dimittatur vt bꝛunũ fiat qm̃ addit venenoſitas: hoc eſt itantũ ſcarificare q̃ tota nigredo recedat: q: q̃diu ibi eſt nigredo tãdiu eſt ibi venenoſitas. Et tu ſupple vltra illud qõ dicit Aui. ſm q̃ ſpecificat Raſis q̃ ſi cũ ſcapella tiõe nõ curetur: imo cũ hoc etiam ſemper ambulat ꝛ ad ditur nigredo eius tunc cauterizetur vel cum medicina cauſtica vel cuz ferro ignito: ꝛ poſt cauſticationez appo natur emplaſtrũ mollitiuũ vel maturatiuũ vel mitigati uum doloris ꝛ faciat cadere eſcharã: ꝛ detumeſcere faci at locum: ſicut eſt emplaſtrum de farina ordei maluauꝛ ſco maluis ꝛ ſeminis lini ꝛ fenugreci decocti vſq; ad ſpiſ ſitudinẽ ꝛ impinguatis cuz butyro: poſtea quãdo cecidit eſcara curetur cũ vnguentis vlcerum donec ſanet. ¶ Ul tertius intellige q̃ ſemp ad euitandũ infamiã vulgi in ta li morbo ponere cauſticum bonũ eſt ꝫ auctores vadant tantũ cũ ſcarificatione: q: dicunt vulgares ipſe interficit morbũ: ſed ſi nõ poneret ꝛ acciderꝛ mors ex illo morbo ꝓpter malitiã ipſius dicerẽt vulgares male curauit me dicus q: non interficit morbum. Et ideo ad euitandum infamiã vulgi ꝺbemus ponere cauſticũ ſup locum: ꝛ ꝟ dico ſi morbus ſit in loco vbi cauſticũ nõ poſſit ledere il lud membrũ: q: ſi ille morbus eſſet in palpebra vel ꝓpe angulũ oculi non oportet poni cauſticũ: q: tunc poſſet ꝺ ſtrui ex hoc oculus ꝛ deturpari: ꝛ ideo ibi ꝺbem° ſemp ad ſcarificationem ꝓcedere ſi poſſumus: tamẽ ſi nõ poſſu mus aliud ꝓpter malitiã morbi: vt q: nõ ceſſaret ambu lare ꝺbem° ponere cauſticũ: q: melius eſt vt deſtruatur illud membrum q̃ totum corpus.

¶ Et in illo qõ hz ſubſtãtiã exture oz vt adminiſtreꝛ apud ſtatũ ei°: aut circa ſta tum ei° cũ apertõe. Et qñ ẽ illic ſe. tarda bis cũ infrigidatiõe ne reducas cum ea mãm retro. Et apertio qdem fit cũ eis q̃ ſunt ſicut embroca cum aqua camomille ꝛ aneti ꝛ reliquorum aperientiũ ſubtiliũ que dicemus in capitulo vulnerum.

¶ Dic Aui. docet curam althoym quãdo tẽdit in viaz exi ture ꝛ maturationis ꝓpter malignitatez materie: ſed ali quãdo poteſt tendere in viam maturationis exture: vt quando materia non eſſet ita maligna ꝛ natura eſſet for tis. Dicit ergo ꝛc. cum apertione. i. cum medicinis matu rantibus ꝛ aperientibus ipſuꝫ. Et quando illic eſt febris tardabis cum infrigidatione: intellige nõ q: velit q̃ appo nantur ibi infrigidantia ſup locuz aliquo tempore: vt di ctum eſt prius. Sed quando eſt febris tardabis cum infri gidatione: q: non pones nec etiã in circuitu nec ſuper lo cum ꝓpter reuerſionis timorem ad interiora: q: augere tur feb. ſi reuerteretur ad interiora ꝛ alia accidẽtia mala. Et apertio iſtius. ſcz apoſtematis: quia ſubſtãtia exture fit ꝛc. que dicemus in cap. vulnerũ: expone. i. in cap. apo ſtematũ: q: ipſe facit vnũ capm̃ de exturis erumpẽtibus exteriores exturas: dixit autẽ vulnerũ vel vlcerũ: q: qñ apata fiunt exture ſunt quaſi vlcera cum interius ſint ru pta vel vlcerata. ¶ Deinde ſequitur illa pars.

¶ Dixerũt Carmana ãt ꝛ Sephiros. Cõ fert emplm̃ de capillo veneris ꝛ atriplice ꝛ volubili ꝛ radice euiſci cũ pauca gũma pini ꝛ melle cum vino aut glutẽ cum gũma pini ꝛ ceratum aut ſordes alueari orum apum ꝛ lupini infuſi in aceto aut ra dix cucumeris aſinini cũ glutino alboti aut nitrũ cum ficubus aut cũ fermẽto.

¶ In qua parte ponit curam ſm quoſdam q̃ſtum ad loca lia quorundã apoſtematũ que ſimilantur althoym ꝛ nõ habet magnam diſtinctionẽ ab ipſo ſicut prius dixit Aui cen. vt ſunt carmata ꝛ ſephyros: ꝛ patet quod dicit. ¶ Et intellige q̃ iſta emplaſtra que ponit hic quedam ſũt ma turatiua ꝛ quedam attractiua ꝛ maturatiua ꝛ quedaz ſũt erumpentia: ꝛ omnia iſta competunt maxime quando

apostema aliquod tendit in viam exiture: qz finitatur q̄ si tunc carbunculo. Vel si apostema sit malignum: nō debent poni nisi post curam predictam scz post scarificationem z causticationē: qz aliter non sufficerent.

¶ De apatib⁹ exitib⁹ in glādulis. Cap. xix.

Postemata glādosa que nō incedunt via atangarij q̄nqz accidunt in loco aliquo casu in crisib⁹. z q̄nqz cadūt casu expulsiōis a mēbris radicalib⁹: z fortasse attrahunt ea vlcera z apata alia super extrema ad q̄ currūt materie in vijs quarū incedūt carnes ille: quare īuoluunt cū eis sicut accidit iguini z subascelle ex apatione ambo rū i eo q hz scabiez aut vlcera sup pedes z manus z q̄nqz sunt cū repletiōe corpis z q̄nqz nō ē i corpe pluria repletio.

¶ In isto cap. Auicē. determinat de apostematibus hz q accidūt in locis emūctorijs: eo q cura apostematū diuerſificatur put accidūt in locis istis a cura ipox put accidūt in alijs locis corporis: z quia apostemata que fiunt i istis locis vtplurimū fiunt ex materia calida saltē illa que accidunt in subascellis z inguinib⁹ sm q apparet per Rasim capitu. de exituris: ió determinauit de apostematib⁹ illox locox in tractatu apostematū calidorū: nihilominus tamē bene possūt fieri apostemata frigida aliqñ: hz ñ ppter hoc fuit necesse determinare de eis i tractatu apostematū frigidox: quare eadē est quasi cura ipsox p: out fiunt in istis locis: vtrobiqz enim post eūonem corporis opz apponere resolutiua z attractiua z nō repercussiua: hz magis sustinēt resolutiua apostemata frigida q̄ calida: vnde nō fuit necesse repetere de eis iterū apostemata frigida q̄ illud qō hic sit dictuz: vnde quātūq̄ de istis determinet in tractatu apostematū calidorū: tamē illud cō mune capl'm est de qbuscūqz apostematibus que accidūt in his locis siue sint calida siue frigida: z poterit etiā esse alia causa quare de ipsis determinauit potius inter apostemata calida q̄ inter apostemata frigida: qz apostemata calida sm se idigent pura repcussiua in pn⁹. apostemata aūt frigida nō. Immo opz q etiā in pncipio sint admiſtrata cū resolutiuis z calidis vt postea dicet z dictū fuit: z ideo cura apostematū calidox in istis locis plus diuerſificat a cura apostematū calidox in locis alijs q̄ diuerſificet a cura apostematū frigidox: qz quasi eadē ē cura frigidorū in istis locis z calidox: qz vbicunqz sint apostemata frigida nō opz ea pure repcutere. Et ió dicit Auicen. de apostematib⁹ istox locox potiꝰ inter apostemata calida cū plus diuerſificet cura apostematū calidorum in istis locis q̄ in cura apostematū frigidox: vt ostēderet q diuersa est cura apostematū in istis locis z apostematuz sm se. Diuidit aūt pars ista i partes duas: qz pmo determinat de apostematib⁹ q̄tum ad causas eox: z q̄tuz ad curaz. scdo ponit curā apostematū que fiunt in carnibus glandosis emūctorijs. scda ibi. (Cura eorum est diuersa.) Dicit pmo: apostemata glandosa. i. que fiūt in glandosis carnibus su. emūctorijs: qz de talib⁹ carnibus glandosis itelligit hic eo q bene sūt alie carnes glandose pter istas sm q apparuit cap. de althoym: z apparebit i isto. Que nō icedūt via althoym. i. apostematū venenosox: de quibus dictū est in pdicto cap. Quādoqz ät zē. planū est. Et quādoqz sūt cū repletione corporis scz ista apostemata in illis locis. Et quādoqz nō est in corpore plurima repletio. Potest eni esse q in corpore nō sit plurima repletio z tamē erūt superfluitates alique in mēbris pncipalibus que expellēt ad illa loca z faciunt apostema: z dato q in corpore nō sit multa repletio: pōt etiā esse q apostemata z vlcera existētia sup extremitates possūt fieri apostemata in istis locis dato q nō sit plurima repletio i toto corpore. Dicit Aui. plurima repletio: vt ostendat q sit aliq̄ repletio i corpe: hz pauca: qz si corp⁹ oīno esset mundum non expellerent superfluitates a mēbris pncipalib⁹ ad ista loca cū i eis nō essent nec etiā ad ea traherent māe: dato q aliqua apata vel vlcera eēnt sup extremitates cū i corpore nō essent materie superfluitatum.

Sed est vnū dubiuz circa istud capl'm: qz nō videtur q spectet ad hunc librū: qa in isto libro determinat de egritudinibus q̄ possunt accidere cuilz corpori: vel sūt cōmunes toti corpori sicut apparuit p Auicē. in pmo li. z ió nō spectat in isto lib. determinare de egritudinib⁹ appropriatis alicui mēbro: sed ista apostemata sūt appropriata aligbus mēbris sicut locis emūctorijs: ergo videt q nō spectet ad istū librum determinare de apostematib⁹ in locis istis. ¶ Respondeo q ad istū librū spectat determinare de apostematib⁹ istorum locox: qz carnes glandose emūctorie sunt in pluribus locis corporis z non solū in vno: z ió Aui. nō determinauit de istis apostematib⁹ put determinate accidunt vni loco emūctorio: sed isto modo determinauit Auicē. in. 3° li. qz Auicē. in 3° li. determinat de apostematib⁹ q̄ fiunt in loco emūctorio qui est in radice auris appropriatus: sed determinauit de ipsis hic put ideterminate possunt accidere cuicūqz loco emūctorio: eo q isto modo determinatio istox spectat ad ēgrūtū librū: cū in isto libro determinetur de egritudinib⁹: que nō accidunt vni mēbro appropriate: sed possunt accidere toti corpori vel pluribus partib⁹ corporis sicut sūt ista apostemata: qz ista apostemata possūt accidere plurib⁹ partib⁹ corporis cuz plures sint loci emūctorij. ¶ Intellige tamē vlteri⁹ sm q dicit Rasis q exitura vel apostema quod accidit in subascellis ē magis siccū z ledens: exitura aūt que accidit i inguinib⁹ est magis quieta parumper. s. respectu illi⁹ que fit in subascellis. Et ró huius est qz exitura que fit i subascellis fit a materia magis ficca z a materia magis calida: qz illa materia est superfluitas cordis qō est magis mēbrū calidū z siccū. ¶ Apostema autē qō fit in inguine fit a materia magis quieta: quia fit a materia min⁹ calida z magis humida: eo q fit ex materia que est superfluitas epatis qō est membrū minus calidū cordis z magis humidū ipso. Et addit vlteri⁹ Rasis q illa que est in inguine quādoqz nō facit collectionē sanie: illa aūt que est in subascellis forsasse nō euacuat a collectiōe sanei. Ratio autē huius est qz materia exiture que est in īguinibus ppe vias vrine z secessus. vnde quādoqz purgat z derivat ad illa loca: z etiā qz in locis subascellax ppter caliditatē loci z ppter etiā amplitudinē que ē in loco: est apta colligi materia grossa que difficilis est ppter pellis multitudinē ad resolutionē: sed ē apta ad hoc vt ex ea exitura contingat: talis autē vtplurimū ad sanitē conuertit vt apparebit infra in sequenti capl'o de exituris. ¶ Et intellige vlterius q Rasis nō fecit mentionē de apostemate qō fit in carnibus glandosis q̄ sunt i collo post aures: qz apostema qō fit ibi est minus calidum z minus ledēs q̄ apostema qō fit in subascellis z inguinib⁹: qz fit ex materia que est superfluitas cerebri. Superfluitas aūt cerebri est magis frigida: eo q cerebrax est membrum frigidum respectu cordis z epatis: z ideo exitura que fit ibi est minus calida z minus ledens: sed est tardioris resolutiōis z tardioris maturatiōis: eo q mā est frigidior z grossior: mā autē frigida tardi⁹ resoluit z tardius maturatur q̄ calida.

¶ Et eorum cura est diuersa a cura apatum aliorum in principio cū expulsiōe.

Et non administratur in eis illud immo euacuatio per flebotomiam ⁊ solutionē ventris est illud quod est necessariū.

¶ In isto capl'o. Aui. ponit curā apostematū pdictoꝝ. Et diuiditur pars ista in partes duas. ℙrimo ponit curam apostematū: que fiunt in glandosis carnibus emūctoꝝ-ts. scōo qꝛ carnes glandose sunt duplices ſm qꝫ dictū fu tt prius: qꝛ q̄dam sunt ignobiliores sicut sunt emūctorie quedam autē sunt magis nobiles: ponit conuenientē. differentiā in curatiōe apostematū accidētiū in carnib⁹ glā dosis ignobilibus per respectū ad apostemata accidētia in carnibus glandosis nobilibus. scōa ibi. (Verū quando apostema est in q̄ſtitate.) ℙrima pars diuidit in partes duas. ℙrimo ponit curā apostematū accidētiū in locis emūctoꝝ-tis p viam crisis vel expulsionis ex principalibus membris. scōo ponit curā ipsoꝝ accidētium ꝓpter multitudinē repletionis in toto coꝛpoꝛe: qꝛ curationes istoꝝ amboꝝ quodāmō differūt vt postea videbitur. 2ª ibi. (Si autē affuerit.) ℙrima in duas. ꝓmo ponit curaꝫ apostematū accidētiū in locis emūctoꝝ-tis per viā expulſionis ex membris ꝑncipalib⁹ q̄ſtum ad vniuersalia. 2° quātū ad localia. scōa ibi. (Curatio vero alia.) Dicit ꝓmo curatio eoꝝ cē. imo eūo per flōmiā ⁊ solutionē vētris est illud qō est necessariū scz in ꝑn°. s. istoꝝ ante oēm curam localē: ⁊ in hoc nō differūt ista apostemata ab alijs: qꝛ etiam in alijs opꝫ ꝓmittere eūonem ſm qꝫ apparuit supra: sed differt cura istoꝝ a ꝑdictis in localibus ſm qꝫ Auicē. ponet in parte sequēti. Sed hic opꝫ intelligere de flōmia ex qua pte ⁊ quomō dꝫ fieri: qꝛ Aui. de hoc nihil dicit hic Et cā huius fuit qꝛ satis Auicē. tractauit de hoc in ꝓma Fen quarti: ostēdit enī ibi in generali quō dꝫ fieri flōmia ⁊ ex qua pte etiā: ⁊ qꝛ de hoc dixit i lib. vniuersali: i libris particularib⁹ nō repetit. Rasis tñ cap. de exturis que fiunt in iguine ⁊ subascellis specificat: hoc solū autē Rasis specificat de exturis q̄ fiūt in subascellis ⁊ inguinib⁹: nō autē de illis q̄ fiunt in radice auris. ¶ Nota ergo i vniuersali ſm qꝫ possum extrahere ex dictis Aui. in ꝓmo: ⁊ Rasis in dicto cap. qꝫ si apostema sit in carnib⁹ glādosis que sunt in collo post aures: cōfert ei flōmia cephalice man⁹ alteri⁹: aut flōmia saphene pedis eiusdē: verbi gꝛa si apostema sit in loco emunctoꝝ-tis colli: ex latere dextro dꝫ fieri flōmia cephalice ex mānu sinistra: ⁊ si volum⁹ facere de pede ⁊ nō de manu dꝫ fieri flōmia pedis dextri: si autē apostema sit in iguine tūc ſm qꝫ dicit Rasis cōfert ei flōmia basilice ex manu opposita: ⁊ tū supple aut cōfert ei flebotomia saphene pedis oppositi aut basilice man⁹ alterius aut ambaꝝ si fuerit res supflua: ⁊ hec sunt verba Rasis. Ego autē ipsuꝫ intelligo sic qñ dicit qꝫ exture q̄ est i iguine cōfert flōmia basilice ex manu opposita: intelligo hic illam manū eē oppositā q̄ est cōtrapositā in recta linea vt si extura sit in iguie dextro ꝓfert ei flōmia basilice ex manu dextra. similiter quādo dicit qꝫ illi q̄ est in subascellis cōfert flōmia saphene pedis oppositi: intelligo pedem oppositū q est cōtrapositus in recta linea vt si extura sit in subascellis in parte dextra cōfert flōmia saphene pedis ex parte dextra q̄ est directe opposita: vnde dicimus: ista dom⁹ est opposita illi p vnā lineam. ¶ Et nota qꝫ ista dictio opposita i vniuersali significat vnū: qꝛ illa dꝫ eē pars opposita qñ facimus flōmiā vt deriuem⁹ a parte patiēte ad partē lōginquā que est pars distās a pte patiēte p vnā dyametrū tūc: qꝛ ſm qꝫ dicit Aui. in ꝓmo canone Fen: ꝓma derivatio ad lōginqua nō dꝫ fieri ad partē q̄ distet per duas dyametros: qꝛ si fieret flōmia ex pte q̄ sit lōginqua nulla fieret derivatio a pte patiētis: ⁊ tō dꝫ esse lōginquitas ad hoc vt fiat derivatio a pte patiente p vnā dyametrꝫ ⁊ tō illa pars dꝫ esse directe opposita parti patienti q̄ est sic distans a parte patiēte qꝫ ad ipaꝫ pōt fieri diuersio humoꝝ a pte patiente: mō illa pars aliqñ pōt esse eiusdē lateris cū parte patiente: aliquādo autē ē alterius lateris: sicut verbi gꝛa: si apostema est in inguine dextro tunc manus opposita erit man⁹ dextra: qꝛ distat ab ea p vnā dyametrū: sicut desurſuꝫ ⁊ deoꝛsum: sed pes oppositus et esset nō pes dexter: qꝛ paꝝ distaret a parte patiētis: sed pes sinister. ¶ Sed si tu oppones qꝫ ibi sint duo dyametri: qꝛ est ibi dyameter desurſum ⁊ deoꝛsum: ⁊ de dextra in sinistram. Aui. autē dicit qꝫ nō fiat p duas dyametros. ¶ Rūdeo qꝫ Aui. intelligit quādo dicit qꝫ nō fiat per duas dyametros cōpletas: sicut si apostema esset i subascellis dextris: nō deberet fieri flōmia ex pede sinistro: qꝛ ibi sūt duo dyametri cōplete. ¶ Sed si apostema esset in iguine tūc opꝫ facere ex altero pede: qꝛ nō sunt ibi due dyametri cōplete: sed ē ibi vna cōpleta sicut est de dextro in sinistruꝫ: ⁊ altera est incompleta vt de surſuꝫ in deoꝛsum: ⁊ ꝓpter hꝰ qꝛ nō est completa dyameter ab inguine ad pedem rōne surſum ⁊ deoꝛsum: tō non dꝫ fieri flebotomia ex pede ullius partis: sed ex pede alterius partis. ¶ Et eodē mō esset quādo apostema eēt in collo: qꝛ nō debet fieri ex manu ullius partis: qꝛ nō eēt pars sufficiēter longinqua: sed dēt fieri ex altera manu. ¶ Et si tu opponas cōtra illa que dicta sunt: qꝛ dices tu videtur qꝫ sicut quando apostema ē in inguine dextro non facimus flōmiam ex pede dextro sed ex sinistro: sic non debemus facere ex manu dextra sꝫ ex sinistra: qꝛ non videt esse maꝛ distantia ab inguine ad manū q̄ ab inguine ad pedem. ¶ Respōdeo qꝫ debꝫ fieri: vt dcm̄ est si apostema sit in inguine ex manu cadeꝫ ⁊ non ex pede eodē: sed ex pede altero: qꝛ difficilius mouent ⁊ attrahunt humoꝛes surſum q̄ deoꝛsum: qꝛ de natura sui humoꝛes sunt magis apti descendere deoꝛsuꝫ q̄ surſuꝫ: ⁊ ideo qꝛ agilius est trahere humoꝛes deoꝛsuꝫ q̄ surſuꝫ magis a longinqo desurſum pōt attrahere flebotomia q̄ fit i pede q̄ possit attrahere deoꝛsuꝫ flebotomia que fit in manu: ⁊ ideo qꝛ flebotomia que fit in pede attrahit plus a ꝓtibus superioꝛib⁹ q̄ sit inguini tūc si flebotomia fieret in pede ex parte eadē illi humoꝛes qui attraherentur p flebotomiā ad partes pedis retinerētur i carnibus inguinis: ⁊ p cōsequēs augerēt apa. Unde sicut dictum fuit supra qꝫ vlcera existētia sup extremitates sūt cā apostematis: qꝛ attrahunt materias que retinētur i locis vacuis qui sunt in illa via recta: sic ēt flōmia si fieret in pede eodē posset augere apostema: qꝛ materie que attraherentur a partib⁹ superioꝛib⁹ per flōmiam retinerētur in vijs medijs vacuis: sed flebotomia que fit in brachio nō attrahit a tanta distantia hūoꝛes ab inferioꝛib⁹ locis sicut attrahit flōmia que fit in pede a partib⁹ superioꝛib⁹: ⁊ tō attrahit solū a ꝓtibus iguinū vel a partib⁹ circūstantib⁹: qꝛ difficilius est attrahere humoꝛes surſuꝫ q̄ deoꝛsuꝫ: et tō pōt fieri flōmia de brachio eodē: nō autē de pede eodē ꝓpter rōnem dictā que subtilis est homini ituenti. ¶ Intelligē tū qꝫ si coꝛpus eēt multū plectoꝛicū: ⁊ eēt magnus fluxus humoꝝ ad apa tūc melius eēt facere flōmiam ꝓtimo si apa eēt in inguine dextro de manu sinistra q̄ ꝺ manu dextra: qꝛ in ꝑn°. ꝓpter repletionē coꝛpis dꝫ ꝓmo totum coꝛpus euāri: ⁊ hoc faceremus p flōmiā alterius manus: postea autē debemus deriuare ⁊ attrahere ab apate ⁊ facere em⁹ p ptē manus eiusdē. ¶ Et tō nota vnā distinctionē vtem ⁊ bonā circa flōmiaꝫ q̄ pōt extrahi ex dictis Aui. in ꝓmo: ⁊ a Gal'. li. de ige. sani. qꝫ qñ facimus flōmiam ꝓpter aliqꝺ apa existēs in istis locis ⁊ in alijs qꝫ aut humoꝛes sūt in fluxu aut nō: si hūoꝛes sunt in fluxu: aut coꝛpus é multū plectoꝛicū aut nō: si coꝛp⁹ est multū plectoꝛicū: tūc dico qꝫ ibi cōpetit duplex flōmia: vna ē q̄ eūat plectoriā: ⁊ ista opꝫ fieri per ptē magis lōginquā a parte patiētis siue ista distet p duas dyametros siue non. Alia flōmia dꝫ fieri post ꝓmā q̄ deriuet fluxū māe ab apate ad partē lōginquā. Et hec pars dꝫ eē distans a parte patiente p gntā dyametrū: ⁊ isto mō intelligit Aui. cū dicit qꝫ tu

nō debes facere plōgationē iter duas dyametros: itelligit.n. ibi de flōmia q̄ fit a cā deriuationis ad ptē lōginquā a pte patiēte: qr nō dz fieri deriuatio ad lōginquiorē ptez q̄z sit p vnā dyametrū. Si aūt corp⁹ nō sit multū plectorī cum tūc dz fieri flōmia a pte q̄ distet p vnā dyametrū tm̄: qr cū hic nō sit p̄mo necesse eūare plectoriū sicut erat i p̄ma: debem⁹ facere flōmiā in p̄n⁹. p ptez q̄ deriuet a parte apatis z euacuet aliquā repletionē q̄ē in corpe: sz hec est ps q̄ distat p vnā dyametruz tm̄: z iō in tali corpe dz fieri flōmia i p̄n⁹ p ptē lōginquā p vnā dyametrū tm̄. Si ät humor nō sit i fluxu sz tā fluxerit: z sit solū eūo māe collecte tūc dz scārio fieri flōmia ex pte eadē vel ex pte ppinq̄: et hec flōmia nō dz fieri in p̄n⁹ qr nō dz fieri niſi post pdcās flōmias vt ponūt auctores: mō tūc Rasis itelligit qñ dicē q⁹ si apa est in iguine ꝓfert ei flōmia basilice man⁹ oppositē: exponēdo p manū oppositā manū eandē: vt dcm̄ est de flōmia q̄ fit cā deriuatiōis fluxus hūorū ad apa: qr tūc flōmia dz fieri ex manu eadē: sz si corp⁹ est multū plectoricū bene facerem⁹ ex alia manu: vt dcm̄ est p̄us. ¶ Apparet ergo ex dictis p̄m mētē Rasis quōd i apate iguinis ps opposita aliqñ est eadē pars: vt si flōmia fiat de manu aliqñ aūt altera vt si fiat de pede. Si ät apa sit in subascellis ex pte dextra: tūc manus opposita erit man⁹ finistra: qr distat ab ea p vnā dyametrū sicut de dextra in finistrā. Sed pes oppositus ei eēt nō pes finister: qr distat minus ab eo: qr distat p duas dyametros: sed eēt pes dexter: qa distat a pte patiēte p vnā dyametrū: z iō si apa sit i subtilitatibus si volumus facere flōmiā de pede cōfert ei flōmia ō saphena pedis eiusdē lateris: sed si volum⁹ facere flōmiam de brachio cōfert ei flōmia alterius manus: z hoc intelligit Rasis cū dicit. Illi vero q̄ est in subascellis ꝓfert flōmia saphene pedis oppositi aut basilice alteri⁹ man⁹. Et addit Rasis: aut amboz si fuerit superflua. Et illud potest duob⁹ modis exponi. Uno⁹ vt itelligat: aut. s. confert ei flōmia ambaz. s. venaz puta basilice z saphene si fuerit res superflua. i. si corpus fuerit multū plectoricuz z fuerit multus fluxus humoz ad locū: qñ corpus eēt multum plectoricū z eēt magnus fluxus hūorū ad apa tūc cōfert ei flōmia illaz venaz simul vt p̄mo fiat flōmia basilice z postea de saphena. ¶ Uel pōt exponi alio mō: aut. s. cōfert illi exiture q̄ est in subascellis flōmia basilice ambarum. s. manuū si fuerit res superflua. i. si fuerit magnū apa: qr qñ eēt magnū apa in subtilitatibus cōfert ei flōmia basilice ambaz manuū vt p̄mo fiat flōmia de manu altera ad deriuandū ad ptē longinquam: postea fiat flōmia de manu eadē. Et qñ humor iam fluxit vt deriuet ad ptem propinquā. Et silr̄ ēt p̄m hunc modū si apa sit in inguie z sit magnū cōfert ei flōmia manus eiusdē. Deinde facta ista flōmia ad ptem longinquā confert ei flōmia pedis eiusdem vt deriuet mā ad ppinquā. Et silr̄ p̄m istū moduz si apa eēt i collo ꝓfert ei flōmia cephalice ambaz manuuz vt p̄mo fieret flōmia ex mānu diuersa z oppositā: z postea ex manu eadē q̄ est ps ppinq̄: z istū itellm credo q⁹ Rasis habuerit in isto loco. ¶ Ulteri⁹ intellige q⁹ qñ Rasis dicit q⁹ exiture q̄ ē in subascellis ꝓfert flōmia basilice ꝛc. credo q⁹ ita bene z plus ꝓfert flōmia vene cōis: qr Auic. dicit in p̄mo fen 4ᵃ. ca. de flōmia: q⁹ sanguis q̄ eūat p venā cephalicā ē ex collo z ex ptib⁹ q̄ sunt sup̄a collū vl̄ sū per ipsū. Basilica aūt eūat qō ē a pte sumitatis vētris inferius: vñ eūat a locis q̄ sub dyafragmate sunt. Judiciū vero vene cōis ē mediū inter cephalicā z basilicaz: qr eūat ex ptib⁹ mediis corpis p̄mo: z ex ptib⁹ superiorib⁹ z inferiorib⁹. scārio inq̄tū cōponit ex basilica z cephalica. Et hoc ēt dicit Aly. in dispōne regali ca. de flone: dicit enī q⁹ si apa sit in ptib⁹ superiorib⁹ ꝓfert ei flōmia cephalice: z sic in his q̄ subsunt ptib⁹ superiorib⁹. Si enī i ptib⁹ mediis cōfert ei flōmia aqueale. i. cōis: z si sint in ptib⁹ inferioribus ꝓfert ei flōmia basilice. Uñ si apa sit in iguine tūc directe cōpetit ei flōmia vene cōis. Uerū ē tñ q⁹ Almansor: z Albucasis vident ponere i anatomia venarum q⁹ basilica eūat sanguinē ex ptib⁹ q̄ sunt sub gutture z collo z ex eo qō segtur pectus z ventrē: z p̄m hō cōpeteret ei flōmia basilice: ēt sic ponit Rasis. vñ Almā. z Albucasis videntur ponere q⁹ basilica z cephalica eūet ex ptib⁹ determinatē corpis: sicut cephalica a ptib⁹ q̄ sunt a furculis supra: basilica aūt eūat ex ptibus aliis: z vident ponē q⁹ vena cōis nō eūat totū p se: z p̄mo ab aligb⁹ ptib⁹ corpis determinatis: imo ponūt q⁹ eūat totū corp⁹ p̄mo: z si eūat ptes superiores vel ptes inferiores hō ē inq̄tū cōponit ex illis duab⁹. ¶ Aui. vero z Aly. ponere vident q⁹ basilica cephalica z cōis oēs ille tres eūant a ptib⁹ determinatis corpis sicut cephalica eūat a ptib⁹ superiorib⁹: basilica a ptib⁹ inferioribus: z vena cōis eūat. p̄mo a ptib⁹ mediis. 2°. eūat ex p̄ti ex ptib⁹ superiorib⁹ z inferiorib⁹ inq̄tū cōponit ex basilica: z cephalia: z hō ēt mō eūat a toto corpe. Scōz q̄ positionē oiuz illoz auctoz q̄ñ flōmam⁹ rōne plectorie: tūc dēmus flōmare de vena cōi: qr ista eūat ex toto corpe: sz q̄ñ flōmamus rōne deriuādi fluxus ab apate: tūc si apa sit in collo oēs pcordāt q⁹ dz p̄mo fieri ex cephalica si inuenit: z si nō inuenit dz fieri ex cōi: qr eūat a ptib⁹ superiorib⁹ inq̄tū cōponit ex cephalica. Si aūt apa sit in inguine silr̄ oēs cōcordāt q⁹ dz fieri ex basilica p̄mo: z si nō inuenit tūc fiat ex cōi: qr eūat a ptib⁹ inferiorib⁹ inquātū cōponit ex basilica. Si aūt apa sit i subascellis tūc vr̄ p̄m positionē Almasoris z Albucasis q⁹ p̄mo dz fieri flōmia ex basilica si inueniatur sed p̄m positionē Aly. z Aui. vr̄ q⁹ debeat fieri z p̄mo cōpetat de cōi cū p̄mo euacuet ex ptib⁹ mediis corpis. Si ät ea q̄ dicta sūt vis melius itelligere z scire legas i libris particularib⁹ q tractāt de anatomia venaz. Nō ät videat ti bi p̄mo iste quē dixi pp lōgitudinez eius tediosus: qr iste p̄mo ē de mā q̄ occurrit quotidie: vñ nō posset fieri in tali mā inquisitio nimis lōga: imo ea que dixi q̄z breuit⁹ potui dixi: z si hec q̄ dicta sūt bñ respicias sunt via in multas difficultates sciēdas in tali mā: sicut pōt apparere homini subtiliter intuenti. Tunc sequitur illa pars:

¶ Curatio vero alia prolongetur in eis si possibile est donec declarē dispō. Naz si fuerit p̄m semitam crisis aut p̄m semitā expulsionis ex membro principali: tunc non oz vt phibeat oīno: immo trahatur ad membrum quacunq̄z attractione est possibile z etiam cum ventosis.

¶ In qua pte ponit curā apatū pdictoz q̄ztuz ad localia. Dicit g̃. Curatio vero alia. s. q̄ztum' ad localia donec ōclaratur dispō. s. apatis. s. vtrū tale apa in locis emūctoriis sit p' viā crisis z expulsionis a mēbris p̄ncipalib⁹: vel sit pp magnitudinē repletōis corpis: qr quodāmō diuersificat cura p̄z ambas istas dispōnes vt postea videbit. Et hoc ē quod subdit Auicē. cum dicit. Nam si fuerit p̄m viam crisis ꝛc. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Si ät fuerit pp mltitudinē rplonis: tē eūo ē radix z mioratio cibi z subtiliatio.

¶ In qua pte ponit curā apatū acūtiū i istis locis pp multitudinē repletiōis i corpe. Dic Aui. duo facit. p̄mo pōit curā q̄ztū ad vlia. 2°. q̄ztū ad localia. 1ª ibi. (Tūc nō administres.) Dicit g̃ Si ät fuerit tē. tūc eūo est radix. i. ē p̄ncipiū istius cure: z itellige eūoni. s. flōmiā z solutionē ventris. ¶ Et itellige hō ēt vnū vbū qō pōt hīi ex dictis supra q⁹ qñ illa apata accidūt pp multitudinē repletiōis totius tūc dz fieri flōmia q̄ euacuet plectoriā ex pte lōgingoris q̄z potē ē ex vena cōi: qr ista vena eūat ex toto corpe: z post istaz flōmiā dz fieri flōmia q̄ deriuet fluxū hūoz ab apate q̄ sit longinqua p vnā dyametrū: z dz fieri talis flōmia

ex vena ppria q̄ eūat ex pnīb⁹ determiatis ꝑz qō dcm̄ fuit pus:ꝛz qm̄ illa apata accidūt p viā expulsionis ex mēbris pncipalib⁹: vt dcm̄ ē i pozi pte:ꝛ nō ē magna replo i corpore tūc oz fieri flōmia i pn⁹ solū q̄ dertuat ad ptē lōgin quā ꝛ oz fieri ex vena q̄ eūat ex determiatis ptīb⁹ p ptē q̄ distet p vnā dyametꝝ solū ꝑz modū qué pōt Rasis ꝛ ꝑz modū q declarat⁹ ē i pozi pte:ꝛ minoratio cibi ꝛ subtilia tio. Et addit Rasis huic dicto qꝛ m̄ oz vt approximet hūs exturā i subascellis vinū oio qm̄ timēt sup ipsū ex eo ac cidētia mala:ꝛ h̄ ē ppppingtatē illi⁹ exture ad cor. Unde nō oz exhiberi tūc vinū timēdo de nimia supcalefactiōe cordis:ꝛz debēt exhiberi ifrigidantia que sunt cōfortatiua cordis in sua frigiditate. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et nō administres expulsiua:imo mollificatiua:ita tm̄ vt nō administres mollificatiua iterū absq; eūone. fortasse enī eueniet illud super mēbrū cū attractione materiei plurime:imo qm̄ administras mollificatiua euacua cum hoc ꝛ trahe materiaz ad diuersuz. timor enī in expulsiuis est redit⁹ materiei ad viscera ꝛ ad mēbra pncipalia. ꝛ timor i mollificatiuꝫ est attractio materiei plurie. ꝛ eūatio ꝛ diclinatio materiei securant ex nocumēto mollificātiū. ꝛ quando dolor fit vehemens:tunc necessarium est vt sedes ipsum cuz eis que sunt sicut lana infusa i oleo calido:deinde ade in eo sal i fine eius donec sedet dolor statim ꝛ in pmis fortasse addit in dolore.

¶ Aut. hic ponit curā apatū pdictoꝝ q̄ fiūt ex multitudine replōnis q̄ztū ad localta. Et diuidit ps ista i ptes duas: p mo ponit q̄ localta ꝛ quō debēt administrari. 2° specificat de aliqb⁹ medicīs localib⁹ ispālib⁹. 2ª ibi. (Et qm̄ corp⁹ est mūdū ꝛc.) Dicit p°. Si āt fuerit pp multitudinē replōnis scz apata i ustis locis tūc eūo ꝛc. planū ē qō dicit. Et qm̄ fit dolor vehemēs ꝛc. Hic Aut. docet sedare dolorē q ponūz pungē i ustis locis rone apatis:ꝛ maxie pungit dolor vehemēs qm̄ apa ē in subtitillicis:qꝛ vt dcm̄ fuit:ꝛ dicit Rasis. Exturā q̄ ē in subascellis ē magis sicca ꝛ magis ledēs ꝛ hoc ē rone māe magis acute:vt dcm̄ fuit supra. Dicit g̃ Aut. Et qm̄ dolor fit vehemēs ꝛc. planū ē qō dicē. Deinde adde i eo i fine eius. s. apatis salē:ꝛ h̄ ē vt deficcet residuū vīi tūc bonū ē admiscē salē cū illis i fine apatis. Et i pmis idest in pn⁹ apatis fortasse addit i dolorē. s. sal. qꝛ in pncipio rone sedādi dolorē cōpetit mollitiua ꝛ resolutiua leuia:qꝛ talia sūt q̄ sedant dolorē i pncipio. sal aūt ē minus deficcatiu⁹ ꝛ resoluty⁹ i pncipio:ꝛ tō si in pn⁹ apatis admiscerēt illis:fortasse adderet i dolorē:ꝛz i fine cōpetit vt exiccet ꝛ resoluat residuū. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et qm̄ corp⁹ est mūduz aut mūdificasti ipsuz tūc resolue ꝛ nō cures: ꝛ qm̄qz valet in resolucdo illud qō est sicē farina tritici ꝛ salui⁹ illa ē faria ordei. ꝛ fortasse magnificatur per resolutionē fortem apa:quare si admistreē nisi qm̄ ē necessaria repulsio ex mēbris pncipalib⁹ ꝛ attractio māci ab eis ad apa timēdo sup illa pncipalia. Et multotiēs qdē sanat ea i pncipio oleū calefactum quod effunditur solum.

¶ In pte ista specificat Aut. de aliqb⁹ medicinis localibus q̄ admistrant post mūdificationez corpis. Dicit g̃. Et qm̄ corp⁹ ē mūdū ꝛc. tūc resolue ꝛ nō cures. s. p resolonez si augeat aliquātulū apa. Et qm̄qz valet i resoluēdo illō qō ē sicut farina tritici. s. cocta cū aq̄ ꝛ oleo:ꝛ salui⁹ illa ē farina ordei. s. cocta cū aq̄ ꝛ oleo. Cā aūt q̄re Aut. dicit salui⁹ est: qꝛ nō ē ita forte resoluuū emplm̄ qō fit ex farina ordei sicē illō qō fit ex farine tritici:ꝛ tō emplm̄ qō fit ex farina ordei nō est cā sic augēdi apa sicē emplm̄ de farina tritici: qꝛ emplm̄ de farina tritici ē resolutiuū forte magis: p resolonē āt nimis fortez magnificat aliqm̄ nimis apa. Et tō salui⁹ emplm̄ ē illō qō fit ex farina ordei i apatib⁹ locorum emūctoriozꝝ q̄ fiūt pp multitudinē repletionis q̄z fit emplm̄ ex farina tritici: qꝛ ē miozis resolonis ꝛ attractionis:ꝛ hoc ē qō subdit Aut. reddendo cām pdicti dicti. Et fortasse magnificat p resolonē forte apa:ꝛ tō supple saluiosa sunt illa empla q̄ nō sūt sic fortiter resolutiua vel q̄ nō sic fortiter resoluūt:ꝛ tūc Aut. oñdit vbi cōpetit fortis resolo. Et emplm̄ fortis resolonis:ꝛ dicit:q̄re nō administrez. s. fortis resolo ꝛ emplm̄ fortiter resolutiuuz ꝛ attractiuū nisi qm̄ nēcia ē expulsio a mēbris pncipalib⁹ ꝛ attracto māe ab eis ꝛc. hoc est qꝛ nō oz administrari fortis resolo nisi qm̄ ista sūt p viā expulsiōis ex mēbris pncipalibus ꝛ velimus attrahere mām ab illis timēdo ne remaneat in ipsis ꝛ faciat apa:ꝛ hoc itēdit facere. Aut. ¶ Nota ergo:qꝛ ex ista lra appet qꝛ quodāmō diuersificatur cura apatū illoꝝ locoꝝ qm̄ fiūt p viā expulsiōis a mēbris pncipalib⁹:ꝛ qm̄ fiūt pp multitudinē replōnis tot⁹ corpis:ꝛ qꝛ qm̄ fiūt p viā expulsiōis ex mēbris pncipalib⁹ tūc cōpetit fortis resolo ꝛ fortis attractio:qꝛ tūc nō curam⁹ nisi qꝛ mā nō remaneat i mēbris pncipalib⁹:imo aliqm̄ oz in tali casu attrahē cū vētosis sicē qm̄ est grossa ꝛ tarde mobilis:ꝛ nā est pigra i expellēdo ad exteriora. Sed qm̄ illa apata fiūt pp multitudinē replōnis tot⁹ corpis:sicē qm̄ pp replonē tot⁹ corpis posset oriri apa i aliis locis ꝛ non fit p viā mūdificatiōis māe a mēbris pncipalib⁹ tūc nō cōpetit resolo ꝛ attractio qꝛ posset nimiū augmētari apa et nō idigem⁹ p forte resolonē attrahere a mēbris pncipalibus cū mēbra pncipalia nō expellāt illā mām. nec et cōpetit ibi repulsio pp timorē mēbroꝝ pncipaliū timēdo ne mā attrahaf ad ipsa pp vicinitatē ꝛ ppingtatē ꝛ vicinitatē quā hūt ista loca ad ipsa. Oz g̃ administrari resoluentia tepidū ꝛ lene:ꝛ h̄ vult dicē Aut. i hac pte q̄ dicta est. Et fortasse magnificat p resolonē forte ꝛc. Et multotiēs qō sanat ea. s. apata istoꝝ locoꝝ q̄cuq; mō fiāt siue fiant p viā expulsiōis a mēbris pncipaliꝫ siue p replonē totius corpis oleū calefactū qō effundit solū:ꝛ h̄ ē qō Gal. dicit. de ige. sani. Si in molli carne tumor accidat oleū calidum sufficit:ꝛ itellige maxime si apa est paruū ꝛ mā ēt nō est multa. Et tō Aut. dicit multotiens:qꝛ aliqm̄ hoc cōuenit ꝛ nō semp. Tunc segtur illa pars:

¶ Verū qm̄ apa est in q̄ztitate ꝛ substātia sua molle i mēbro nobili sicē māmilla ꝛ testiculo ꝛ nō timet ex phibitione eius nocumentum tunc prohibe ꝛ repelle.

¶ In q̄ pte sicē pus dicebat:qꝛ carnes glādose sūt duplices q̄dā sūt ignobiles sicē emūctorie:ꝛ q̄dā aūt sūt magis nobiles sicē glādosa caro māmille ꝛ testiculoꝝ ꝛ sicūt:ꝛ tō h̄ Aut. qꝛ nō ē eadē cura oiuz apatū exīntiū i glbuscuq; carnib⁹ glādosis pōt dīaz ꝛ puemētiā i curatōe apatū accīntiū i carnib⁹ glādosis nobilib⁹ ꝛ nō emūctoriis p respectuz ad apata accīntia i carnib⁹ glādosis ignobilib⁹ ꝛ emūctoriis ꝛ h̄ facit solū vt oñdat qꝛ i isto ca. locut⁹ ē de cura apatuz accīntiū i carnib⁹ glādosis ꝛ emūctoriis:ꝛ i ista pte Aut.

duo facit.p° pōit dr̄ia3.2° pōit ꝓuenietiā.2ª ibi. (S3 qñ sē tis declinationē ad duritiē.) Dic̄ g̃ p°. Uel qñ apa ē i q̄ztitate z ſuba ſua molle.i. gladoſum: qz illō apa dr̄ ee molle apa qō accidit i carne gladoſa i mēbro nobili ſu. gladoſo ſic̄ mamilla z teſticlo ſu. z ſilib° carnib° gladoſis: z nō timeſ ex phibitiōe ei°.i. ex repcuſſiōe ei° nocumētu3. ſ. qō ſolet euenire rone repcuſſiōis i alijs locis ét eo q̄ multe ſūt ꝓditiões phibētes fieri repcuſſionē ꝑ terq̄z loca emūctoria ꝟ3 q̄ viſū fuit ꝑ us: mō ſi ñ timerenſ illa nocumēta ex repcuſſiōe qñ apa ē i mamilla vl teſticulo: tūc phibe z reppelle.i. tūc repcute. Vult g̃ dicē Aui. q̄ nō ē vetāda repcuſſio i apate exīte i q̄cūq3 carne gladoſa: ſ3 ſolū ē vitāda repcuſſio in apate exīte i carne gladoſa emūctoria: ñ āt i apate exīte i carne nō emūctoria: imo illa apata que ſūt i carne gladoſa nō emūctoria ſūt curanda ſicut z relīqua apata exīta i alijs locis: z tō ſic̄ repcutim° in alijs locis niſi adſint ꝓditiões dicte ꝑus ita ét repcutim° ℞. niſi adſint ꝓditiões q̄ phibēt repcuſſionē i q̄cūq3 loco: z ℞ vult dicere Aui. cū dic̄: Nō timeſ ex phibitiōe ei° nocumentū zc̄. Nō āt q̄re nō poſſum° repcutere i carnib° glandoſis emūctorijs: poſſum° āt repcutē i alijs carnib° glandoſis: ē i ꝓmptu: q: carnes gladoſe emūctorie ſunt deputate a nā ad hūc finē ſolū vt eis expurgenſ ſupfluitates .3. membroꝝ ꝓncipaliū. Alie āt carnes gladoſe nō ſūt deputate ad h̄ a nā: imo ſūt deputate ad opatiões q̄ ſunt nēcie corpori ſic̄ mamilla deputat a nā ad generādū lac: z teſticuli ad generādū ſpma: z tō i carnib° gladoſis emūctorijs nō poſſum° repcutere pp timorē mēbroꝝ ꝓncipaliū: vi nō curam° ſi eis apa augeaf: i alijs āt repcutere debem° vt nō augeaf apa qō deſtruat operationē illi° mēbri: z cū nō ſit ibi timor de mēbris principalibus ſicut nō ē timor in alijs emūctorijs locis. Deinde cum dicit:

¶ Sed quando ſentis declinationez ad duritiē tunc lini vbicūq3 ſit.

¶ Ponit Aui. ꝓuenietiā ꝓdc̄ẽ ꝓ: z dic̄ g̃. Qñ ſentis declīationē. ſ. apatis ad duritiē tūc lini. i. tūc mollias cū emplīs mollitiuis q̄ dicenſ i ca. ſclirofis vbicunq3 ſit. i. in q̄cunq3 carne ſit gladoſa ſiue nō gladoſa ſiue ſit emūctoria ſiue nō. ¶ Nota g̃ ℞ q̄ cura apatuꝝ locoꝝ emūctoriorꝝ nō dr̄ a cura apatū aliorꝝ locoꝝ niſi i repcuſſiōe: differūt. n. i repcuſſiōe pp mēbra ꝓncipalia quoꝝ ſūt emūctoria. In alijs āt curis nō ē tumor de mēbris ꝓncipalib°: z tō nō differūt i alijs curis: z tō ſi iſta cōuertanſ ad duritiē tūc eodē mō curanſ vt alia. ſ. cū mollitiuis z lenitiuis. Silr ſi conuertanſ ad maturationē eodē mō curanſ fiē alia exīta i alijs locis. Et tō Aui. nō poſuit i pīti ca. curas illoꝝ apatū q̄ztū ad alia: q: cure alie ſūt eedē cū curis aliorꝝ apatū z tō h̄ntur cure ille ex ſeq̄nti° capl̄is vbi determinat de exituris in q̄b° docet curare apa cū ꝓuenit ad maturationem: vt poſtea videbiſ: z i ſequēti tractatu determinat ō ſclirofivbi docet curare apa ſcliroticū ſiue fiat icipiendo ſiue fiat ꝓmutando ex alio apoſtemate.

¶ De exituris calidis. Cap. xx.

Xitura eſt de ſūma dubelet que e collectionē faciūt ex apatib° calis q̄ſi nomē aldubelati cadat ſuper oē apa vlceratū in interiore cui° locus eſt ad quē effunditur mā aliq̄ z remanet in eo quecūq3 materia ſit. Et exitura quando eſt ex hac ſua diſpoſitione calida tunc aggregatur materia.

¶ Supius Aui. ōtermiauit de apatib° z curi ipoꝝ. In pte iſta determiat de exituri z curis ipoꝝ. Et diuidit ps iſta i ꝑtes tres. p°. ōtermiat de ipſis oīdēdo. qd ſūt z q̄ ſūt cāe ei° z q̄ ſpē ipſi°. 2°. determiat de ipſis q̄ztū ad ſig̃. 3° de ipſis q̄ztū ad curā. 2ª ibi (Cū videris pulſationē plīma3.) 3ª ibi. (Curatiões qdē z ea cū gb° curanf.) ¶ Duma ps diuidit i ꝑtes q̄ztuoꝝ. p° dicit qd ē exitura. 2° determiat ō exituris cōparatiue. 3° ponit cās ipſi°: z 4° cōnumerat q̄ſdā ſpēs ipſi° gb° ſūt noia ipoſita. 2ª ibi. (Et q̄zto plus ē mā.) 3ª ibi. (Et cāe ei° ſūt.) 4ª ibi. (Et de exituris qdē eſt ſpēs.) p ps ét diuidit i q̄tuoꝝ: q: p° oīdit qd ē exitura. 2° oīdit q̄ exitura pōt fieri duob° modis. 3° excuſat ſe a determiñādo de dubelet fridis: z cū h̄ ét ponit ibi oppoſitionē quoꝝūdā z ſuā intentionē. 4° q: exitura poteſt fieri duob° modis z nō declarauerat modū g̃riatiōis exiture q̄ fit icipiēdo: declarat modū g̃riatiōis illi° z ponit ét modū ꝓceſſus illi°. 2ª ibi. (Et q̄nq3 incipit.) 3ª ibi. (Et nos i poſteriorib°.) 4ª ibi. (Hec. n. ſi icipit.) ¶ Dicit p°. S3 anteq̄z exponaf lra Aui. opz notare ad itelligēdū melī° ea q̄ determiata ſūt ꝑus z q̄ h̄ determinanf q̄ dr̄ia ē quodā mō iter apa dubelet z exiturā: q: apa dr̄ de oi apate ꝑm quecūq3 modū ſiue ſit calm ſiue fridū: ſiue magnuꝫ ſiue paruū: ſiue aggreget ſiue nō aggreget: ¶ Dubelet āt dr̄ ō oi apate qō i ſe colligit vl aggregat hūorē ſiue illō apa ſit calm ſiue fridū: vñ dubelet dr̄ apa qō h3 ꝓcauitatē z ſi num i ꝑte ſui iteriori ad ſinū z cōcauitatē effundit mā et colligit hūores. Exitura āt dr̄ apa calm qō colligit z aggregat hūorē q̄ poſtea ꝓuertit i ſaniē: z ſic illa tria ſe h̄nt ꝑm ordinē: q: apa dr̄ eē i plus q̄z dubelet: z dubelet dr̄ eē i plus q̄z exitura: q: dubelet nō ſolū pōt eē i apatib° calis ſ3 ét i fridis: vt poſtea dicet. Item dubelet nō ſoluꝫ dr̄ de apate qō aggregat ſaniē vel qō aggregat hūorē q̄ ē ꝓcurſurus i ſaniē: ſ3 ét de apate qō aggregat z colligit hūoreꝫ dato q̄ nō ꝓuertaf i ſaniē: fiē nodi dr̄ dubelet flegmatice: vt poſtea dicet Aui. raro tñ ꝓuertunf i ſaniē: q: apa qō ꝓuertit i ſaniē oꝫ eē ex hūorib° calis vel ex toto vl ꝟ3 ꝑtē aliquā q̄ moueat ad maturationē hūores fridos: vel oꝫ q̄ ſi iſti hūores fridi debeāt ꝓuerti i ſaniē q̄ i eis iducaf calitas accītalr: z tō dicit Hyp. q̄ i generatiōe ſanieī accidūt dolores z febres. Et cā h ui° eſt: q: ſanies g̃riaf de ſanguie ſicut cinis de ligno ꝓ: icēdiōe. Tñ dicit Gal. in cō mēto illi° affo. ℞ teſtaf ſup ebullitionē z calefactionē hūoris qui oꝫ ꝓuerti i ſaniē dato q̄ hūor ſit eēntialiter z radicalr fridus: z tō apata q̄zto ſūt fridiora tāto tardius et magis difficulter ꝓuertunf ad maturationē: vt poſtea dicet Aui. Et ꝓpterea h̄ ét nō determiauit Aui. i tractatu apatū frigidoꝝ de ipſis put ꝓuertunf in ſaniē. nec poſuit in illo tractatu capl̄m ſpāle de maturatiōe apatuꝫ ſicut fecit in tractatu apatū caloꝝ de calidis: q: apata frigida nō ꝓuertunf in ſaniē z ſi aliq̄ ꝓuertanf in ſaniē hoc nō eſt in q̄ntū ſunt ex hūorib° fridis pure vt frigidi ſūt: q: humor frigidus pure vt fridus nō cōuertit ad ſaniē: vt dcm eſt: ſ3 ſi ꝓuertit ad ſaniē: tūc accidit ei ſupcalefactio z ebullitio: vñ ille hūor efficit calis accītalr: z ꝑ cōſ illud apa efficit quodāmō calm: z tō tūc reducit ei° cura ad curaſ exturarū q̄ determinanf h: z tō nō fecit Aui. capl̄m ō frigidis apatib° put ꝓuertunf i ſaniē i tractatu apatū fridoruꝫ. ¶ Apparet g̃ ex dictis q̄ dubelet nō ſolū pōt dici de apate qō colligit humorē q̄ nō cōuertaf in ſaniē: ſ3 ét pōt dici de apate qō colligit hūorē: z dato q̄ nō cōuertaf i ſaniē ſicut ſūt apata frida q̄ dicunf dubelet ſi atice. S3 exitura dr̄ apa calm qō colligit z aggregat hūores q̄ ꝓcurſuri ſūt i ſaniē. Illud āt pōt fieri dupl̄r. vno° ſic icipiēdo ſicut icipiūt alia apata: ſic̄ q̄n ab ipo ꝑn° coll̄r mā multa z ꝓgregaf i vno loco q̄ pp multitudinē ſui ſepaf carnē i ꝑte ſui iteriori z facit cōcauitatē z ſinū i q̄ cōcauitatē mā colligitur q̄ poſtea ꝓuertitur i ſaniē: tūc talis mā ab ipo ꝑn°: ſupple facit apa qō ē extra ſic̄ poſtea declarat Aui. z tale apa qō ab ipo ꝑn° ē exitura vtpl̄m accidit ſubaſcellis z i guinib° eo q̄ i talib° locis pōt mā ꝓgregari vel colligi pp vacuitatē carnis ipſoꝝ. Et pp h̄ q̄n Rafis determinat de exituris determiat de eis z ponit curā ipſaꝝ ꝑm q̄ accidūt in ſubaſcellis z inguinib° z exitura q̄ fit icipiendo

vtplurimū accidu i illis locis: t apata q̄ ibi fiūt vtplm fūt exiture. Alio mō pōt fieri nō icipiēdo: sz pmutādo: sicut illo mō: omne apostema siue sit magnū ab ipso p̄n° siue paruū qñ mā ipsi° cōuertit in saniez dr exitura: eo q̄ oē apa qñ maturat hz i sui parte iteriori collectionē t finū. Aui. ḡ in hoc ca. t sequēt̄b° determinat de exitura vtroq; mō. s. siue fiat icipiēdo siue pmutando: q; eadez ē cura exiture siue fiat icipiendo siue pmutando q̄tuz ad maturationē t eruptionē: t dico q̄tū ad maturationem t eruptionē: q; cura exiture q̄ fit icipiēdo q̄tū ad p̄m ipsi°: et sicut cura reliquoz apatū calox in p̄n° sicut dicet Auicē. postea. Sz qñ ptās fuit p̄ncipiū tūc cura ipsi° est p̄mo maturatio t postea eruptio: t q̄tū ad talē curā eadē est cura ipsaz siue fiat icipiendo siue pmutando: t ideo Aui. in illo ca. t i sequēt̄b° determinauit de vtroq; mō. Ex his que dicta sūt apparet quō illa ps in q̄ determinat de exituris dr a pdcā i qua determinat de apatib°: q; i pdictis capitulis Aui. determinat de apatibus t de curis ipsoz p̄m q; terminant ad resolutionē. Hāt p̄ncipalr determinat ō ipsis hz q; icedūt apata via exiture: t h̄ ē qñ colligūt hūore q̄ uertit i saniē. vñ i hac pte Aui. determinat de apatib° hz q; terminant p collectionez saniei: t h̄ siue talia apata fiāt icipiēdo siue pmutādo. ¶ His visis apparet qd Auicē. dicat i lra. Dicit ḡ. Exitura ē de sūma ad dubellet: t dubellet exponit: vt dictū ē. i. apatū hūtiū sinū t cōcauitatē i qua aggregat mā q̄ collectionē facit: planū ē qō dicit p ea q̄ dcā sunt q̄cūq; mā fit. i. siue sit calā siue sit frigida. Et exitura qñ ē ex hac sua dispōne calā mā q̄ cōgregat cuz pdicta dispōne q̄ dcā ē i dubelet ē calā tūc dr tale apa exitura. Et sic apparet h̄ per id qō dicit h̄ Aui. q; dubellet ē sicut gen° ad exiturā: nā exitura addit sup̄ additōnē dubellet q; mā fit calā. dubellet aūt pōt cē siue mā fit calā siue frigida: t tō q; dubelet ē sicut gen° exitura fiē spēs: spēs āt diffinit p suū gen° cū dr ia ppa cōstituēte spēm illā sub illo gñe: t tō h̄ diffiniuit Aui. in p̄n° dicēs. Exitura ē ō sūma dubelet q̄ collectionē facit ex apatib° calidis: vt p h̄ q; dicit dubelet q̄ collectionē facit tāgit gen° exiture: p h̄ aūt q; dicit ex apatib° calis tāgit dr iaz ppriā ptrahē tem illud gen° ad talē spēm. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et q̄ñq; incipit apa calidū sicut ē cum aggregatiōe t resolutiōe cōtinuitatis in trinsece: t q̄ñq; nō icipit ita: imo incipit in inceptione apostematū calidorum sanorum: deinde conuertitur esse ei° apud statum vt incipiat in aggregatione.

¶ Aui. oñdit q; exitura pōt fieri duob° modis: vl pt duplr gñari: dicē ḡ: Et q̄ñq; icipit cē. t q̄ñq; ñ icipit ita. s. exitura vt dcm̄ ē. imo icipit iceptiōe apatū calox sanox cē. H̄ est imo p̄mo icipit apa calidū sanū: deinde postea apō statū cuertit cē ei° ad maturationē: t tūc iciput fieri exitura incipiēdo: sed isto mō fit pmutādo: vt dcm̄ ē prius. Dicit āt Aui. Apatū calidox sanox: nō q; apata simplr sint sana: sed dicit sanox pp respectū ad malignā q̄ non cuertunt ad maturationē: sed ad putrefactionē mēbri. vñ exitura fit ex illis q̄ cuertunt ad maturationē: non autez ex illis que conuertuntur ad putrefactionē. Et ideo dicit Auicē. signanter sanox. Tunc sequtur illa pars.

¶ Et nos i posteriorib° differim° sermonē de dubelet frigidis q̄ cōp: ebēdūt humores viscosos t gypseos t lapideos et arenosos t capillares t alios.

¶ In q̄ pte Aui. excusat se a determinatiōe dubelet fridox q: vt dcm̄ fuit supra: dubelet nō solū dr ō calis: sz ēt ō fridis. ¶ Et circa h̄ pōt ēt opionē q̄rūdā: deide suā itētionē

Dicē ḡ. Et nos i posteriorib°. s. i tractatu apatū frigidorū differem° p̄monē de dubelet fridis q̄ cōphēdūt cē. Et intelligē h̄ q; ex h̄ q; dicit h̄ Aui. bñ appet q; ōterminat i tractatu apatū fridox de dubelet fridis: sz aui. non facit aliq̄ cāplm spāle de maturatiōe apatū fridox pp cām q̄ dicta fuit p̄us. Et tō ex h̄ appet q; illud nomē dubelet nō solum pōt dici de eo qō aggregat mām q̄ ē cuersura i saniem: sed ēt pōt dici de eo qō aggregat mām dato q; nō sit cōuersura in saniē: sicut illa apostemata frigida q̄ dicuntur dubelet flegmatice: sicut dictum ē supra.

¶ Lz sint qdā q̄ appropriāt noīe aldubelet illō i quo sūt hūores illi° gñis. Verū nos loquimur nunc de eo quod aggregat materiam.

¶ Dic circa dcā pōt opionē q̄rūdā: q; qdā sūt q̄ approp̄nant nomini dubelet talia apata frida q̄ congregāt hu. viscosos vel arenosos cē. vez nos logmur de eo qō aggregat mām boc ē dicē lz illi appropriāt nomē dubelet ad talia apata frida: tū nos logmur tātū de eo. i. de dubelet qō aggregat mām. t. sm q; aggregat mām absolute t gñaliter siue illa mā sit calā siue frida: vñ vult dicē Aui. q; hic nō accipit dubelet qñ dixim° p̄us. Exitura est de sūma dubelet cē. appropiate sic illi dicūt Sed accipit dubelet put dubelet dicit q; nō sit apa qō aggregat māz siue illa sit calida siue frida: q; h̄ mō dubelet est sic gen° t exitura ē sicut spēs: vt dcm̄ fuit p̄us. Sed si acciperet dubelet sm q; illi dicebāt: tūc nō fuisset bñ dictū q; exitura ē ō sūma dubelet cē. imo dubelet ē sic ex opposito distincta ptra exitura: t nō ē sic gen°. Intellige aūt h̄ q; nō ē de nob° curā dū dūmō itētiōes h̄ntur: sic dicē aui. i p° t Gal. in libro d̄ igenio sanitatis: eo q; nō ia fūt ad placitū significatiua sicut habent ex p̄mis doctrinis: tō aui. nō approbat nec improbat illos q̄ sic appropiant nomē dubelet illis apatib° frigidis: sed dicit q; illi sic dicūt: ipse aūt accipit dubelet magis generaliter q̄tū illi. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Hoc. n. si incipit exitura pp mām quaz expellit nā: t nō est polē vt penetret cutē neq; ēt superficiē carnis: imo separat ei° cōtinuitatē p grossitiez suā separatione apparente: tunc quescit in vacuitate eius qō separatur sm p̄m: quare appet ei caput acutū t propie si fuerit materia acuta.

¶ In pte illa: q; exitura pōt fieri vel gñari duob° modis. s. incipiēdo t pmutādo: t nō cōplete ōclarauerat quō exitura fit incipiēdo: tō i pte illa aui. id cōplete ōclarat: t vltra hoc ēt pōt modū pcessiōis eaz. Dicit ḡ aui. hoc. n. s. apa qō aggregat mām si incipit exitura. i. si fiat exitura incipiendo pp māz quā expulit nā. s. ab interioribus ad exteriora. Et nō ē possibile cē. hoc ē quasi vult dicē aui. q; tūc talis mā facit exiturā p̄ter modū: t p q; nō ē polē q; talis mā vt penetret cutē neq; superficiē carnis: t h̄ pōt cē ex pte materie q; sit grossa vel multa: vel ex pte mēbri qō i se hēat vacuitatē rōne cui° ē maxime ibi nata exitura fieri t congregari sicut est in subascellis t inguinib°: vt dcm̄ fuit supra imo talis mā separat ei° cōtinuitatē. s. carnis pter grossitiē suā separatione apparētē. i. manifestā: t hoc intelligē in pte interiori carnis: supple t tūc. s. talis materia gescit. i. aggregat in vacuitate eius qō separat h̄z plurimū: quare apparet eius caput acutū. i. caput eleuatū: t propie si materia fuerit acuta: q; quāto materia est acutior tanto plus ascēdit sursum: t per cōsequēs exitura h̄z tanto magis caput acutū: vnde quelibet exitura h̄z caput eleuatū pp collectionē t aggregationē materie in cōcauitate t finu quā h̄z: sed qñto materia est acutior tāto h̄z magis ca

put eleuatū: sic ergo apparet per ea que dicta sūt quō generat exitura incipiēs: qz fit ꝓpter materiā quā expellit natura que nō pōt penetrare superficiem carnis nec cutis: sed facit separationē in carne ⁊ in vacuitate in qua vacuitate materia cōgregat ⁊ colligit ⁊ facit eminentiam magnā: ⁊ quāto materia est acutior tanto ē eminētia maior: hoc ergo vult dicere Auicen. in hac parte.

¶ Iste ergo exiture incipiunt ⁊ aggregant saniem: deinde maturatur sanies: postea rumpitur: ⁊ fortasse indiget cōfortatione ⁊ maturatione ⁊ eruptione ⁊ fortasse non indiget.

¶ Hic ponit modum processus exiturarum: ⁊ patet. Tūc sequitur illa pars.

¶ Et quāto plus est exitura vehemētioris eleuatiōis ⁊ acutioris capitis ⁊ rubedinis: ē humor attract⁹ ei vehemētioris caliditatis ⁊ ē velocioris maturitatis ⁊ resolutionis ⁊ eruptionis ⁊ ꝓprie eminēs ꝓcedens extra pinealis. Que autē ē cuz diuersitate lata ꝓfunda pauce rubedis ē grosse materiei mala declinis ad iteriora pauci doloris grauis motus.

¶ In pte ista Aui. posūq; posuit curā vulneris qđ est sectio
plana recta: ponit hic Aui. curā vulneris qđ est rotundū
vel laterale. Et est intelligēdū ḋ cura ist° nō diuersifica
tur a cura pdicti in aliqua pdicta² q̄ntuor intentionū: qa
oēs ille intētiones regūtur etiā hic. sed diuersificaī in hoc
qz ibi sufficit ligatura ad cōiūctionē labio² z cōseruatio.
nē ipso² cōiūcto²: qz labia sunt pax semota: hic aūt indi
gemus sutura: qz labia sūt magis distāta. Ite² etiā i isto
vulnere indigem° magis phibere fluxū hūo² z apa cuz
medicinis z minutiōe z dieta q̄s in pdicto: qz id est maius
vulnus q̄s pdictū: vñ citius pūt supuenire ei ista accītia.
Dicit ergo Aui. z si fuerit magna. s. sectio: ita ne cōcurrāt
extremitates ei°. i. ita vt nō appropinquēt sibi mutuē par
tes vulneris: q̄m sunt rotūde alōgate aut diuerse figure.
Ex hoc qđ hic dicit Aui. appet hic qđ dixi pus. s. q Aui.
intelligit hoc vulnus esse rotūde figure vel lateralis fm
maiorē et minorē distātā labio² adinuicē. aut supple est
tale vulnus q ex eo iā destructa ē caro pauca nō plima.
Dicit aūt signāter Aui. caro pauca nō plima. qz si ex vul-
nere eleuef caro alicui° q̄ntitatis tūc nō ampli° curatur
vt vulnus simplex. s. suēdo vel cōiungēdo labia: imo cu-
ratur vt vuln° qđ est cū diminutiōe carnis. Sed si ex vul
nere nō eleuef caro de qua fit curādū tūc nō ppter ḣ im
pedit curā ipius simplicis q̄ est p ligaturā z strictura²tūc
cura ei° est sutura: qz nō sufficeret ad cōiungēdū labia et
tenēdū ipsa cōiuncta solū ligatura ppter distātā labio²
sed oz vlteri° suere. z nō solū oz aliqū suere labia z cōiun
gere ea cū filo: sed etiā q̄nq; oz dimittere in sutura acus
inuolutas cū filo: z hoc esset qñ ptes vulneris essent val-
de remote. ¶ Intellige aūt hic q sutura q fit in vulnere
debet esse superficialis z pfunda fm pfunditatē vulneris:
qz si vuln° sit pfundū debet esse plus pfunda: si aūt super-
ficiale debet esse magis superficialis. Ite² etiā debet esse nō
multū fortis nec multū debilis: qz si multū fortis fuerit et
stricta dolorē generabit z calidū apa. si aūt sit debilis nō
bene ptes vulneris ꝓiungūtur. debet g inter hec fieri me-
diocriter. Silr oz vt sutura fiat ex filo de serico nō torto:
qz filū tortū z chordosum adiuuat ad disrūpēdū z scindē
dū. silr etiā filū nō debet esse nimis molle: qz abscinderet
ante pfectā iūctionē. oz g esse filū lene cū quadā duritie: ḣ
aūt ē filū de serico nō tortū. silr etiā mēsura spacij q̄ fit int
duo pūcta debēt esse equalia: qz nō multū ampla: qz am-
plitudo pūcto² nō bñ tenet. nec etiā oz esse multū spissa:
qz spissitudo pūcto² adiuuat ad disrūpendū. z phibitio
aggregatiōis hūiditatis in ea cū administratiōe exiccātiū
repcussiua² sicut redoleon inūctū in circuitu z empla fa
cta ex arnaglossa z ro. z hmōi. cū istis enī phibef fluxus
hūo² ad locū. z p pōs etiā phibef apa qđ est cā impediēs
curatiōnē vulneri. Et administratōe subtiliatiū q̄ dicem°. s.
diete tenuis z somie vsq; ad tps aliqđ. s. donec sum° secu
ri de apate caō q nō accidat. ¶ Et intellige q Aui. i cu
ratiōe ist° vulneris repetit solū duas intētiones de pdicti
ais aūt duas nō repetit: z cā fuit: qz cura istius nō differt
aliq̄ mō a cura pdicta in duab° vltimis intētiōib°. s. in phi
bere ne aliqđ cadat inter labia vulneris z seruare cōplo
nē mēbri: sed dr̄ a cura pdicti qdā mō in duab° pmis intē
tiōib°. s. in ꝓiūgere labia z cōseruare ea ꝓiūcta: qz hic in
digem° sutura: ibi aūt nō. Ite² etiā magis idigem° ḣ phi
bere fluxū hūo² q̄s i pdcō. z iō qz cura istius dr̄ a cura pdi
cta i duab° pmis intētiōib°: iō hic posuit illas intētiones ostē

dendo quomodo fiant in hoc vulnere. alias autem duas intentiones non posuit: quia eodē modo fit hic z ibi.

¶ Deinde cum dicit:

¶ Et si fuerit pfunda: tunc strictura etiā facit eā adherere multotiēs: z nō est necesse detegere eā si est possibile illud.

¶ In pte ista Aui. ponit curā vulneris pfundi z dicit esse profundū: non ppter hoc q caro dicat ablata inde: sed dicit pfundū: qz habet suū fundū absconsum z latentem in mēbro: vñ ppie tale vulnus appellat cauernosum z latens in mēbro. Et diuidit ista pars in partes quatuor. In prima pte Aui. ostendit q id vulnus aliquādo curat sicut pdicta vulnera. s. cū ligatura z strictura z alijs cum quibus curat vulnus simplex. In secūda pte: qz id vulnus aliqñ nō pōt curari vt vulnus simplex: sed deuenit ad vlcus: Aui. oñdit qñ h̄ fit z oñdit etiā quō tūc debet curari vt vlcus. In tertia pte: qz ligatura diuerso mō fit in vulneribus z vlceribus ostendit Aui. quō debet fieri ligatura in eo qñ curatur vt vulnus simplex: z quō qñ curat vt vlcus: z ostēdit etiā cū hoc ibi Aui. quot de causis fit ligatura in vlneribus z vlceribus. In quarta pte: qz id vulnus qñ iam factū est vlcus aliquādo indiget ad hoc vt curet z discooperiat z secet vsq; ad pfundum: aliqñ aūt nō indiget: sed sufficit sibi id orificiū qō habet: z ostendit qñ h̄ debet fieri z qñ nō. scōa ibi. (Et id qñ nō cōfert.) tertia ibi (Et dixit sapiens q vulnus.) quarta ibi. (Inquit z sufficit zc.) Dicit ergo primo. Et si fuerit. s. sectio pfunda. i. latens z absconsa in mēbro: tunc strictura etiā. s. q fit p ligaturam z futurā facit eā adherere multotiēs. i. incarnare z solidare sicut fit in pdictis vulneribus. Et intellige cū hoc obseruando alias intentiones requisitas in vulnere simplici q dicte sunt prius. s. conseruare labia cōiuncta z phibitio aggregationis humiditatis extranee z phibere q aliqua rerū extranearū nō ingrediat labia vulneris: z cōseruare etiā complexionē mēbri. Dicit aūt Auicē. multotiēs qz aliquādo tale vulnus per ligaturā z futurā nō adheret: imo deuenit ad hoc vt fiat vlcus: sicut Auic. dicet statim post. Et nō est necesse detegere eā si possibile est id: Illud verbū pōt exponi duob⁹ modis. vno mō sic. i. q nō est necesse dissoluere ligamē z discooperire vulnus a ligatura z a sutura per quas labia vulneris tenent pūcta vsq; ad multos dies donec facta sit pfecta incarnatio labiorū: in quolibet. n. vulnere cō curat vt simplex oz tantū labia stare cōiuncta donec facta sit incarnatio anteq; dissoluat ligatura z sutura vulneris si possibile est: id aūt addit hic Aui. qz aliquādo oz detegere z discooperire vulnus a ligatura: ppter causas quas postea dicet Aui. z tunc non amplius curatur vt vulnus simplex: imo oz curare ipm vt vlcus fm q postea dicet Aui. Alio modo potest exponi hoc quod dicit. Et non est necesse detegere eam si possibile est id: hoc est q quando accidit talis sectio pfunda in mēbro nō est necesse eam detegere. i. eā discooperire cū sectione fm q postea Aui. docet in quodā caplo de pforatiōe vulnerū: qñ oz vt discooperiantur: imo debemus facere eā adherere z incarnare cū strictura z ligatura sicut fit in alijs vulneribus simplicibus si possibile est illud: addit aūt hoc: qz qñq; nō est possibile vt adhereat cuz ligatura z sutura: imo oz talē cauernam discooperire cum sectione aliqñ secando totā cauernam: aliqñ aūt solum faciendo vnū orificiū: vnde possit exire fluxus saniei fm q dicet post Auic. Qñ aūt hoc nō est possibile. s. q adhereat talis sectio cū ligatura: s̄ oz eā detegere: Aui. dicet in pte sequēti. Deinde cum dicit:

¶ Et illud est qñ nō cōfert strictura cum ligatura firmās eā: z fortasse necessariuz est detegere eā: sicut ostendā z ppie vbi nō cadit strictura bona sup radicē pfundi: quare effundūtur ad ipm materie ppter debilitatē eius z dolorē qui necessarius est: z propter dispositiones quas dicam in capitulo vlcerum.

¶ In ista parte Aui. qz dictū est mō q nō est necesse detegere talē sectionē si pōt esse: ostēdit qñ necesse est detegere eā: z non pōt curari vt vulnus simplex: sed necesse est ipm curari vt vlcus. z dicit. Et id est. s. nō pōt esse qn detegatur: vt qz necesse est tale vulnus detegere: z oz talē dissoluere ligaturā z futurā qñ ñ ꝓfert strictura cū ligatura firmās eā. i. qñ ligatura nō facit eā adherere: tūc necessariū est eā detegere: vt sanies q aggregat in cōcauo respiraculū habeat. Et fortasse est necessariū eam detegere sicut ostendā: quasi velit dicere Aui. q nō solū sufficit aliqñ eā detegere dissoluēdo ligaturā z futurā: s̄ aliqñ oz nos detegere eā cū sectione. i. discoopire eā sicut ostendā. s. in caplo de pforatiōe vulnerū z alioz cū oz vt discoopiant Et ppie vbi nō cadit strictura bona sup radicē pfundi: hoc est q tunc ppie debet fieri detectio vulneris z discooperio ipsius qñ nō fit adherētia z icarnatio in pfunditate: imo remanet ibi cōcauitas: q̄re. s. ppter talē ꝓcauitatem q remanet in pfunditate effundunt māe ppter debilitatē ipsius z dolorē qui est necessarius: qz ad oñe vulnus ꝓcauū attrahit hūiditas ppter debilitatē mēbri: que quidē debilitas causat ibi ex solutiōe ꝓtinui ex malis humoribus ibi defluēnibus ad vulnus: z attrahunt etiā ibi superfluitates ppter alias dispōnes quas dicā in caplo vlcerū. i. in tractatu de vlceribus Auic. dicet oēs dispōnes q ꝓsequūtur vlcera ppter quas dispositiōes attrahunt māe ad vlcera z impedit ꝓsolidatio eoz fm q apparebit in illo tractatu qñ ipm exponemus. Sic ergo appet ex dicto. q qñ nō fit bona adherētia z bona icarnatio in pfunditate vulneris: tūc ꝓcurrūt māe z hūiditates ad vulnus: q quidē ꝓuertunt in saniē vel in virus: iste aūt superfluitates necesse est vt respiraculū habeāt q̄tenus ad exteriora fluāt: aliter aūt totū mēbrū putrefaceret: ergo tūc necesse est maxime vulnus detegere z discoopire qñ nō fit bona strictura apud radicē pfundi: vt sanies z alie superfluitates ibi aggregate ad exteriora pfluant: z si orificiū vulneris est apertū ad hoc vt inde ꝓueniēter superfluitates possint exire sufficit id orificiū: z nō oz amplius secare vulnus. Si aūt nō est apertū: vt qz pfundū sit inferius z id supius nec possit aptari: tunc necesse est secare vulnus vel in parte vel in toto fm q dicet postea.

¶ Et si est necessariū vt detegatur nō erit excusatio qn ponatur cottum z qō currit cursu eius sup eius orificiū exiccās ipm ppie vbi strictura nō cadit sup radicē sicut diximus: aut est eius ꝑparatio talis q nō est possibile materiā malā effundi ab ea: aut est in ea os aut cōcauata ē z facta ē fistula z sit in ea hūiditas mala valde: z ē tūc in iudicio vlcerū nō vulnerū.

¶ Hic Aui. ostēso qñ neciuz ē vt tale vulnus detegat: oñdit quō est ipm curādū post talē decoctionē vt oñdat q non amplius curat vt vulnus simplex: imo curat vt vlcus: z cū h̄ etiā repetit cām pdictā: q̄re neciuz ē vt detegat vulnus ad iūgēdo illi cāe q̄sdā alias cās. Dicē g. Et si neciuz ē vt detegat. z itellige q̄cūq; mō detegat siue cū sectione sine sine sectiōe nō est excusatio qn cottū ponat z q currit cursu eius. s. alia corpuscula exiccātia q̄ fiunt de stupa vel de

petia linea sup eꝰ orificiū.i.inter eꝰ orificiū ponēdo ipꝫ in medio iter labia vulneris siccās ipm:qz illa corpuscula ponunf in vlcere vt recipiát in se saniē z supfluitates vlceris: vñ rône huius exiccát vlcus:z cū ꝫ ét tenēt orificiū aptū.vñ pōt libere sanies expurgari:necessariū autē erit ponere talia corpuscula in ipo:qz qñ tale vulnus est detectū:tūc nō amplꝰ curaf vt vulnꝰ ſz vt vlcꝰ.In curando aūt vlcera ponumꝰ cotū vel aliud corpusculū in orificijs ipoꝝ:z ió silr ét facimꝰ hic.Et Aui.repetit cām dictā: q̄re necessariū est vt vulnus detegaf:z cū hoc adiungit quasdā alias dicēs.Et ꝓprie vbi strictura nō cadit sup radicē suā:vt diximus supple est necessariū vt vulnus detegaf z cū hoc adūgit q̄sdā alias dicēs:z ꝓprie vbi strictura nō cadit sup radicē suā:vt diximus supple est necessariū vt detegaf:aut est eius ꝓparatio talis q̄ nō est possibile materiā malā effundi ab ea:z hoc est sicut si orificiū sit supius z fundū inferius:z tūc est necessariū vt detegatur cū sectiōe vel in pte vel in toto:aut est in ea os.s.q̄ indiget extractione:tūc eñ necessariū est etiam vt detegaf ita vt os possit inde bene extrahi:aut iam cōcauata est z facta est fistula z fit in ea humiditas mala valde:z tūc oꝫ vt detegatur vulnus cū sectiōe vsq; ad ꝓfundū nisi aliud impediat vt vene vel nerui vel artarie. ¶Consequēter aūt Aui.oñdit vlr quō est curandū tale vulnꝰ q̄re oꝫ ipm detegere ꝓpter cās ꝑdictas dicēs.Et est tūc.s. tale vulnꝰ qñ est sic detectū in iudicio vlcerū z nō vulnez:q̄ tūc supple oꝫ accipe curā ipsius ex tractatu de vlceribus z nō ponaf amplius cura istius sub isto capl'o.Deinde cū dic:

¶Et dixit sapiens q̄ vulnus nō indiget nisi ligatura aggregāte labia': q̄ñ queriē adherētia z incarnatio: verū si fuerit necessariū vt nascatur in ea caro tunc nō est in eo necessarium illud:sed est necessaria aliq̄ ligatura cum quā effundaf sozdities ex orificio eius:z aliq̄ ligatura sit tali mēsura qua retineat medicamē desup.

¶In parte ista Aui.qz ligatura diuersō mō fit in vulneribus z vlceribꝰ cū dictū sit ꝑus q̄ id vulnꝰ ꝓfundū aliq̄ pōt curari vt simplex vulnus:aliq̄ aūt oꝫ curari ipsum vt vlcus:ió hic Aui.ostēdit quō debet fieri ligatura in eo q̄ curaf vt vlcus:z volēdo hoc ostendere Aui.oñdit q̄t de causis ligatura fit in vulneribꝰ z vlceribꝰ.Dicit ergo.Et dixit sapiēs.i.Gal.in libro de igenio sani. q̄ vulnus nō indiget nisi ligatura z ē.z p hoc Aui.ponit vnā cām z vnā vtilitatē ꝓpter quā ligatura fit i vulneribꝰ:nā aliq̄ ligatura fit in vulneribꝰ cā aggregādi labia vulneris: z hec ligatura oꝫ vt apud orificiū vulneris sit decēter stricta z cōplicata vt bona fiat expressio sanguis supflui z humiditatū ālarꝫ a vulnere versus alias ptes: quāto aūt a vulnere talis ligatura magis elongaf tanto magis relaxef:z hec ligatura non cōpetit nisi in vulneribꝰ in quibus q̄rif adherētia z incarnatio:in alijs aūt non cōpetit. Et ió subdit:vez si fuerit necessariū vt nascaf in ea caro: vt qz in vulnere ab ipo principio fit facta diminutio sube vel vulnus ꝙuertif ad saniē z fiat vlcus:tūc nō est necessariū illō.i.illa ligatura.Sz est aliq̄ necessaria ligatura cuz q̄ effundaf sozdities vulneris ex orificio eius.In ꝑ Auic. tāgit modū aliū ligature q fit in vlceribꝰ z vulneribꝰ:nā aliq̄ ligatura fit in vulneribꝰ z vlceribꝰ ad expssionē saniei.nā cū sanies fit impedimētū generatiōis carnis z in quibusdā vlceribus aggregef sanies z virus sicut est in vlceribus ꝓfundis:z ió oꝫ vt in talibꝰ fiat ligatura cuz qua effundaf sozdities z virus ex orificio eius:hec aūt ligatura fit ꝙrario mō predicte. Nā talis ligatura oꝫ esse stricta apud ꝓfundū aut apō radicē vlceris: mollis aūt apō eius orificiū vt ex vehemētia ꝙstrictiōis ipsius apud ꝓfūditatē vulneris z ex relaxatiōe in orificio virus z sanies ad exteriora ꝓfluāt:z hec ligatura nō fit nisi in vulneribꝰ z vlceribus ꝓfundis in quibus timef ne virus z sanies in inferiori parte aggregent. ¶Et aliq̄ ligatura talis mensura qua retineat medicamē desup. In hoc Aui.tāgit tria cām z modū p quē ligatura fit in vlceribꝰ.Nam aliq̄ fit ligatura in vlceribꝰ solū vt retineat pulullos z medicinā vsq; ad tēpus mutationis sup vlcus:z talis ligatura oꝫ vt intantuꝫ stringaf vt retineat z cōseruet pulullos z medicinā vsq; ad tempus mutatiōis: z hec ligatura est q̄ fit maxime in vlceribus manifestis in quibus non sunt caue rne z ablcōsiōes vbi possint sanies z hūiditates extranee aggregari. ¶Sic ergo habemꝰ ex dictis Aui.q̄ ligatura fit in vulneribꝰ z vlceribꝰ ꝑm tres intēciones z ꝑm tres modos:nā aliq̄ fit ad incarnandū labia vulneris: aliquādo aūt fit ad expressionē saniei:aliq̄ aūt fit solum ad retinendum medicamina z pulullos super vulnus. ¶Et ex hoc vlterius apparet qualis ligatura fit in ꝑdicto vulnere.s.ꝓfundo:qz quādo curamus ipm vt vulnꝰ simplex tunc cōpetit in eo ligatura que est ad incarnandū labia vulneris:quādo aūt curatur vlcus tunc aliquādo competit ligatura in eo que est ad expressionē saniei, vt quando remanet sic in sua ꝓfunditate. Aliquādo aūt cōpetit in eo solum ligatura que est ad retinendū medicamina z pulullos:vt quādo detegif id vulnus cum sectione vsq; ad suū ꝓfundū.Deinde cum dicit:

¶Jngt:z sufficit vt sit orificio vulner] locus:ex quo effundaf sozdities semp per naturā:aut ita vt cadat pfozatio illic:aut vt tu figures ipm cū illa figura. Ego eñ iam sanaui vulnus magnū cuius ꝓfundum erat vbi est genu z ipsius orificium in coxa ꝓter q̄ fecerim ei orificium aliud inferius apud genu. Sed ꝑparaui coxā tali ꝑparatione q̄ ꝓfundum fuit superiꝰ z orificiū inferius:quare sanatū est absq; pfozatione in inferiori parte. Et similiter q̄ñq; suspēdūtur brachiū z palma z alia taliter q̄ orificiū semper est inferius:hic est ergo sermo eius.

¶In parte ista Auicēna quia vulnus profundum quo ad factum est vlcus z curatur vt vlcus indiget ad hoc vt curetur aliquando vt discoopiatur cum sectione vel in toto vel in parte.Aliquādo autem non est necesse vt secetur: sed sufficit sibi orificium q̄ habet:ideo hic Aui.ostendit q̄ñ tale vulnus debet secari z quando nō indiget sectiōe. Et duo facit.Primo ponit circa hoc id q̄ dixit Galie.secundo addit quiddā ad dicta Gali.secunda ibi.(Et dico q̄ fortasse.)In parte ista Auic.intendit dicere q̄ Galē. dicit q̄ in istis vlceribus ꝓfundis orificium debet esse sic situatum vt sanies ex ipso per seipsam effundaf:hoc aūt est si sit orificium in parte inferiori z fundum sit in parte superiori.Si ergo orificiū in vulnere sit in inferiori loco: tunc sufficit illud orificium.Si aūt sit in superiori z fundum in inferiori:tunc vel debet fieri aliud orificiū in parte inferiori vt sanies habeat fluxum ad declinatoza:vel sic membrū debet situari q̄ orificium q̄ erat supius fiat inferius si id membrū sic pōt situari sicut est crus z manus z pedes z huiusmodi. Jsta eñ mēbra sic possunt situari vt orificium q̄ est aliquādo in parte superiori fiat in pte inferiori:z sufficit hoc orificiū preter q̄ fiat ibi aliud orifi

ēium. Et circa hoc inducit quoddā exemplū Gal. cū dicit. Ego enim. s. Galien⁹ sanaui vulnus magnū ⁊c. ⁊ ptz quod dicit. Deinde cum dicit:

¶ Et dico q̄ forsitasse ibi cadet vulnus vbi tibi erit necessarium incidere complete ⁊ secare membrum.

¶ Galie. dicit. Et dico q̄ forsitasse cadit vulnus supple in membro vbi tibi erit necessariū incidere complete ⁊ secare membrū: quasi vult dicere Auicē. q̄ aliq̄n potest cadere vulnus in tali mēbro q̄ nō possumus ipsum situare sic q̄ orificium fiat decliue: nec etiam sufficit facere aliud orificium in alia parte: sed oportet totam concauitatē secare vsq; ad pfundum: ⁊ hoc vt ibi santes nō moretur maxime si sit in loco carnoso ⁊ non neruoso vbi non timemus propter sectionem de neruis Deinde cum dicit:

¶ Cum autem ex vulnere abscinditur caro plurima: tunc necessaria sunt ea q̄ carnem nasci faciunt ⁊ non sufficit illud qō exiccat ⁊ prohibet. Et forsitasse nocet exiccatiuū ⁊ prohibitiuū ex parte qō repellit materiam ex qua nascitur.

¶ In parte ista Aui. postq̄ posuit curā vulnerū que sunt absq; depditione sube de qua sit curandū que quidē curantur vt vulnera simplicia: hic Aui. ponit curaz vulnerū q̄ sunt cū depditōe sube q̄ gdē vulnera sunt cōpōsita: nā i eis ē duplex morb⁹. s. cōis morb⁹ puta solutio ptinui ⁊ morb⁹ officialis: puta diminutio sube q̄ est morbus in q̄ntate: ⁊ iō curāt alio mō q̄ dicta. ¶ Et diuidit ps ista in partes tres. In p̄ma parte ponit curā vulnerū q̄ sunt cū diminutiōe sube puta carnis: q̄ quidē vulnera vocantur a Gal. 3⁰ de igenio sanitatis vulnera ꝓcaua. In scōa parte oñdit q̄ q̄n ꝓcauitas cōponit sic cū vulnere q̄ impossibilis est intētio curatiōis ꝓcauitatis pfecte. In tertia parte q̄ in vulneribus cōcauis nō solū depdit caro sed cutis ēt: ⁊ sicut diminutio carnis idiget faciētibus nasci carnē: sic ⁊ diminutio cutis idiget faciētibus nasci cutē: ⁊ cōparat Auic. id qō facit nasci carnē ad id qō generat cutē. scōa ibi. (Et q̄nq; est pfunditas.) tertia ibi. (Et q̄nq; est id qō facit nasci carnē.) Dicit ergo p̄mo. Luz ex vulnere abscidit caro plurima: dicit plurima signāter: q̄ si abscideret pauca de qua nō esset curandū: tūc nō diuersificaret cura ipsius a cura vulneris simplicis: vt dictū est ꝑus Et nō sufficit id qō deficcat ⁊ phibet. s. ad generandū carnē sicut sufficiebat ad incarnādū labia vulneris: nō autē itelligas hoc verbū: ⁊ nō sufficit id ⁊c. vt nō sufficiat: q̄ oportebat ipm esse magis exiccatiuū: q̄ hoc nō esset vez eo q̄ medicina generatiua carnis dz esse minus exiccatiua medicina icarnatiua ꝑm q̄ postea dicet in sequēti capitulo. ⁊ nō itelligas qñ dicit: Et nō sufficit. i. nō confert q̄ nō dz ipm sic esse exiccatiuū ⁊ phibitiuū in gñatione carnis: sīc in incarnatiōe labioꝝ: ⁊ hoc est qō subdit Aui.

¶ Et forsitasse nocet exiccatiuū ⁊ phibitiuū ⁊c. Cuius autē cōplexiōis debeat esse medicia gñatiua carnis dicet ad plenū in sequēti caplo. ¶ Tu autem suppleas vltra dicta Aui. q̄ carne regenerata in vulnere ꝓcauo supuenit nobis alia curatiōis itentio. s. coopire carnē talē cute qō qdē fit cū cicatriçātib⁹. q̄ autē sint illa in sequētib⁹ inuenit: in vulneribus. n. ꝓcauis nō solū depdit caro: sz ēt cutis. Sīc autē caro idiget generātib⁹ carnē: ita ⁊ cutis idiget faciētibus nasci cutē. ¶ Et vlteri⁹ itellige q̄ vulnus aliq̄n cōponit cū depditiōe carnis ⁊ cutis sicut sunt vulnera ꝓcaua: aliq̄n autē cōponit solū cū depditiōe cutis. Et q̄n cōponit cū depditōe carnis ⁊ cutis idiget: tūc generātibus carnē ⁊ cicatriçātib⁹: q̄n autē cōponit solū cū depditiōe cutis: tūc solū idiget cicatriçātibus: ⁊ hec oia verba plane innuunt ⁊ declarantur a Gal. secunda particula de ingenio sanitatis. Deinde cum dicit:

¶ Et q̄nq; est pfunditas ⁊ diminutio ossium taliter q̄ nō ē pōse vt nascat cōplete: q̄re remanet pfūdū sicut q̄nq; accidit vt nascat pl⁹ q̄z sit necē: q̄re ē caro addita. Et oz vt cibet eger q̄ vult vt nascat caro i vulnē suo cibo laudabili boni chimi

¶ In pte ista Auic. oñdit q̄ aliq̄n cōponitur cōcauitas sic cū vulnere q̄ impossibile est intētio curatiōis ⁊ ꝓcauitatis pfecte: ⁊ cū hoc ēt oñdit quēdā altū morbū in q̄ntate q̄ pōt cū vulnere cōponi. Dicit ḡ. Et q̄nq; est pfunditas ⁊ diminutio ossiū taliter. i. ⁊ q̄nq; ē ꝓcauitas in vulnere talr sicut q̄n est in vulnere nō solū ex diminutiōe carnis: sz ēt ex diminutiōe ossis: q̄ nō est pōse vt nascat cōplete. i. vt repleatur cōplete talis ꝓcauitatis: q̄re remanet pfundū. i. q̄re remanet ibi cicatrix ꝓcaua. ¶ Cā autē q̄re nō est pōse vt pfecte repleat talis ꝓcauitas vulneris vñ remanet cicatrix ꝓcaua: nō est ex diminutiōe carnis: sz ex diminutiōe ossis. nā q̄n pars ossis est absciſa nō amplius restaurat ꝑm vtam ꝑme intētionis: vt dicit Gal. in tegni. ⁊ hoc ē qō dicit Hypo. in affozismo quodā sexte ptcule. Vulnera q̄cūq; annua fuerint necesse ē os emitti ⁊ cicatrices ꝓcauas fieri. Nā vt dicē Gal. in cōmēto eiusdē affo. post sanata vulnera q̄ntū os exierit tāta ꝓcauitas remanebit. Cām autez dre q̄re os absciſſum restaurari nō pōt nō spectat ad ꝑsens negociū: sz hoc in libris vlibas dz ingri. ¶ Sicut accidit q̄nq;. Hic Aui. oñdit id qō dixit ēe pōse p qōdā sīle: ⁊ dixit sīc accidit q̄nq; vt nascat. i. vt repleat ꝓcauitas vulneris ex carne plus q̄z sit necesse: q̄re est caro addita. i. q̄re superexcrescit ⁊ addit ibi caro vltra terminū naturalez. ⁊ p ꝑs remanet ibi cicatrix alta non eq̄lis. Sic ḡ supplesīr pōse est id qō dictū est. s. q̄ q̄nq; accidit vt nō possit cōcauitas vulneris pfecte repleri: ⁊ p ꝑs remanet ibi cicatrix ꝓcaua ⁊ pfunda. ¶ Intellige autē id qō dicit h quodā mō ē sīle pdicto ⁊ quodāmō dissīle. Est sīle q̄ntū ad pōse vtrūq; euenire: q̄ sicut est pōse q̄ aliq̄n repleat ꝓcauitas ex carne plus q̄z sit necesse: ⁊ p ꝑs ēt remanet ibi cicatrix addita: ita ēt est pōse vt aliq̄n nō pfecte possit concauitas vulneris repleri ex carne ⁊ p ꝑs ēt remanet ibi cicatrix cōcaua ⁊ pfunda. ¶ Est autē dissimile q̄ntū ad pōse vtrūq; curari: nā q̄n accidit vt repleatur ꝓcauitas vulneris ex carne plus q̄z sit necesse vñ fit cicatrix addita pōt id pctm semp curari cū corrosiuis ⁊ diminutiuis carnis supflue sicē de se manifestū est: sed ꝓcauitas q̄nq; componitur sic cū vulnere q̄ impōse est eā repleri pfecte: vñ non pōt alr fieri q̄n nō remaneat cicatrix cōcaua sicut q̄n est ibi diminutio ossium ꝑm q̄ dictū est. ¶ Ulterius autē intellige q̄ ex dictis h ⁊ ex pdictis pōt colligi q̄ duplex morb⁹ in q̄ntate pōt cōponi cū vulnere. Unus morbus est in augmēto q̄ntatis sicut q̄n est supflua caro in vulnere. Alius morbus est in diminutiōe q̄ntatis sube mēbri: ⁊ iste pōt esse duplex: q̄ q̄nq; cōponitur cū vulnere diminutio carnis ⁊ cutis sicut accidit in vulneribus ꝓcauis: q̄nq; autē est i eo solū diminutio cutis. ¶ Et vlterius ēt itellige q̄ sicut diminutio carnis ⁊ cutis q̄ cōponit cū vulnere indiget generātibus ⁊ cicatriçātibus: ita p oppositū augmētū q̄ntatis nimie carnis q̄ cōponit cū vulnere indiget corrodētibus ⁊ diminuētib⁹ carnē. q̄ autē sint corrodētia ⁊ dimnuentia carnē dicem postea. ¶ Sed est vlterius aduertendū q̄ medicie aliter opant in gñatione carnis ⁊ cicatriçatione ⁊ aliter operantur in diminutione ⁊ corrosione carnis. Nā in gñatione ⁊ cōsolidatiōe nā opat vt ꝑncipale agens: medicie autē vt coadiuuātes: q̄ nihil agunt in hoc: nisi q̄ remouēt impedmēta nāe ipediētia ipsam generare vel solidare: sz in corrosione carnis ⁊ diminutio,

nē medicīe opanf ibi: vt principalia agētia: nā aūt vel nihil vel paūm ibi opatur: ꝛ hoc est qō dicit Gal. in tertia pticula de ingen. sanī. Mā carnē creare ꝛ cōsolidare cū actione nāe fiūt: medicīe. n. in huiusmodi nihil agūt nisi ea q̄ nām impediūt repellunt: amputare vo carnē ꝛ incidere supfluā carnē nō fiunt cū actōe nāe: sz cū medicinis sotiter deficcātib⁹ ꝛc. ¶Et 03. Hic Aui. addit quoddā q̄stū ad regimē p dietā qō debet obseruari in generatōe carnis dicēs. Et 03 vt cibef eger ꝛc. Et cā hui⁹ qō dicit Aui. est: q: mā gīationis carnis est bonus sanguis tempatus in quātitate ꝛ qualitate: materia aūt boni sanguinis ꝛ cuiusq; alterius boni chimi est cibus bonus: ergo etiā op3 vt talis cibef cibo laudabili q in vulnere suo indiget regeratione carnis. Deinde cum dicit.

¶Et qñq; ē illud qō facit nasci ita q̄ possibile est ei vt faciat nasci carnē: cutez vo nō facit nasci cū iam abscisa est totaliter: īmo nō facit nasci loco eius nisi carnē durā supra quā nō nascit pilus: verū aūt rami mltotiēs eminēt ꝛ nascūt sicut caro.

¶Hic Aui. q: in vulneribus cōcauis non solū depdit caro: sz ēt cutis sm q̄ dictū est pus: ꝛ sicut idiget diminutio carnis medicis facientib⁹ nasci carnē: ita diminutio cutis idiget facientib⁹ nasci cutē: qualia sunt cicatriçatiua: tō b Aui. cōparat id qō facit nasci carnē ad id qō facit nasci cutē. ꝛ cū hoc etiā ītromiscet de nascētia pduciōis subē venarū. Dicit q̄. Et qñq; est id qō facit nasci carnez: ita q̄ posse est ei vt faciat nasci carnē. s. simile pozi depdite: sz supple id qō facit nasci cutē qō vocat cicatriçatiuū nō facit nasci cutē cū iam abscisa est totaliter. s. simile pozi: ita q̄ sit vecutis: sicut illa q̄ est depdita. Et hoc est: q: cutis est de membris duris q̄ depdita nō regenerat sm pmā intentionē: sz regenerat solū sm secundā intentionē: q: generat solum aliqd loco illoz ꝛ nō vere est illa. Et b est qō subdit Aui. īmo nō facit nasci loco eius. s. cutis depdite nisi carnē durā sup quā nō orit pilus. Causa aūt q̄re non nascit pilus sup carnē duram talis est: q: talis caro que renascitur ibi loco cutis depdite est spissa. Cūi nō est pozosa sicut cutis q̄ primo erat ibi ꝛ ideo nō est ibi via vñ possit egredi pilus cum non fit pozosa sicut erat in cute pmo deperdita.

¶Sic ergo apparet ex dictis q̄ differt faciens nasci carnē ab eo qō facit nasci cutē in hoc: q: id qō facit nasci carnez facit nasci carnē verā ꝛ silem pozi depdite. Illud vo qō facit nasci cutē nō facit nasci veram cutem: sed solum aliqd loco illius qō non est vere cutis.

Sed aliquis dubitaret de eo qō dicit b Auic. Et qñq; ē id qō facit nasci carnē: ita q̄ posse est ꝛc. q: nōne sp illud qō facit nasci carnē restaurat ipsam vere manifestū est qō sic: q̄re dixit Aui. qñq. ¶Possumus dicere vno modo q̄ iste est qdā modus loquēdi: sicut etiā nos dicim⁹ sponsules dozi: nō q: sint in alio q̄ in dorso. Sicr hic qñ Aui. dicit qñq; nō vult p b q̄ aliqñ faciēs nasci carnē nō faciat nasci carnē verā: sed est quidā modus loquēdi. ¶Vel possumus dicere q̄ b qō dicit qñq; refert ad hoc qō dicit facit nasci carnē. ꝛ nō refert ad id qō vltimo dixit vt faciat nasci carnē: vt ꝛstruatur sic. Et id qō qñq. i. aliqñ facit nasci carnē: ita q̄ posse est ei ꝛc. Et tunc sic ꝛstruēdo nō intelligit Auic. q̄ id qō facit nasci carnē qñq; faciat nasci carnē verā: ꝛ qñq; nō sz intelligit q̄ ipm qō qñq; facit nasci carnē posse est q̄ semp faciat nasci carnē similē: ꝛ b est vez: vt dictū est. ¶Ulterius aūt nota q̄ duplex est cutis: q̄daz est cutis pma q̄ immediate non inheret carni: ꝛ ista abscisa bñ regenerat sicut multotiēs videm⁹ q̄ excoriant digiti ꝛ manus: ꝛ postea regenerat cutis sibi pozi. Et de ista nō intelligit Auicē. Alia aūt est cutis secūda q̄ immediate coopit carnem: ꝛ ista est mēbrū qō nō regenerat sm pmā intentionē nisi raro in infantibus: ꝛ de ista intelligit hic Aui. Q: aūt Aui. dixit q̄ cutis abscisa nō renascit: credere et sibi forte aliqs q̄ eodē mō esset de oibus mēbris ꝛsilibus: qō nō est verū: tō subdit Aui. de venis q̄ sunt mēbra cōsilia q̄ aliqñ pūt renasci sicut caro dicēs: venaꝝ aūt rami. s. abscisa aliq̄ pte ab eis multotiēs. i. aliqñ eminēt. s. renatt: q̄stū ad ulla ptez abscisam ꝛ renascunf sicut caro. Dictū. n. fuit supius in pmo caplo. q̄ vene erant medie nāe iter carnē ꝛ ossa: os aūt nō restaurat nisi rarissime i infantib⁹: caro aūt semp restauratur: ꝛ tō vene aliqñ restauranf: sicut si abscisio sit parua ꝛ corpus humidū leue ꝛ vena sit parua sicut sunt qdā rami venaꝝ ꝛ nō magni: aliqñ aūt nō restauranf: sicut in ꝛrarijs dispōnib⁹. Que aūt sit cā istoꝝ qñ restauranf ꝛ qñ nō: nō spectat ad pñs negocium: ꝛ ideo in istis parum insisto. Tunc sequitur illa pars:

¶Et de vulneribꝰ sunt quedā habētia timorē sicut vulnera cadētia in neruis: ꝛ extremitatibꝰ lacertoꝝ: ꝛ dicā ea in ca. dispositionū neruoꝝ: ꝛ multotiēs sequūtur ea accidentia mala sicut illud qō segtur vulnus extremitatis lacertoꝝ de alteratione coloris ꝛ casu pulsus post spissitudinē ꝛ paruitatē: ꝛ pducit ad sincopim ꝛ casum virtutis: ꝛ qñq; segtur ea spasmus ꝛ similiter illa que cadūt ante genu apō rotulam: qñ sequunf ea accidētia mala: ꝛ sunt pmittētia a qbus parū liberanf.

¶In ista parte Aui. postq̄ determinauit de vulneribꝰ carnosis in qbus vulneribus nō est magnus timor ꝛ tetigit etiā curā illoꝝ cōplete: eo q̄ de ipis erat pncipalis intētio. In isto caplo hic incidētaliꝛ determinat aliqd de vulneribꝰ in qbus est timor sicut de vulneribꝰ q̄ fiunt in membris neruosis. Dico aūt q̄ determiat de eis incidētaliꝛ b: eo q̄ Aui. in subsequētibꝰ facit postea quēdā tractatū vbi cōplete tangit postea de vulneribꝰ istis ꝛ cura ipoꝝ: hic aūt solū determiat de eis vt oñdat q̄ talia vulnera timorosa sunt prespectū ad pdicta: ꝛ q: incidētaliꝛ determiat hic de eis: nō hic Aui. solū tangit aliqd de eis incōplete: ꝛ etiā de cura ipoꝝ: ꝛ diuidit ps ista in ptes duas. In pma pte oñdit q̄ sint illa vulnera illoꝝ mēbroꝝ in qbus est timor: q: ea aliqñ sequūtur accītia timorosa siē spasmus ꝛ sincopis ꝛ filia: ꝛ in secūda pte tangit aliqd de cura ipoꝝ 2ª ibi. (Et qñ accidit spasmꝰ ex huiusmodi ꝛc.) Dicit ḡ primo. Et de vulneribꝰ sunt quedā habētia timorē: q: in eis timor mortis sicut vulnera cadētia in neruis ꝛ extremitatibus lacertoꝝ: q: in extremitatibꝰ lacertoꝝ maxime sunt nerui ꝛ chorde. Et tūc Aui. dat causam q̄re ista sunt timorosa dicēs: ꝛ p q: q: multotiēs sequūtur ea accītia mala ꝛc. de alteratōe coloris in visu alterat color in istis: nam ꝓpter fortē dolorē q̄ accidit i vulneribꝰ istoꝝ rōne sensibilitatis ipoꝝ resolvit calor ꝛ spūs cū resolōne vtutis ex quoꝝ defectu discolorat corpus istoꝝ: ꝛ ideo alterat color in visu. imo ēt ꝛ in toto cope ꝓpter cōpatī totū corpus ad vulnera taliū mēbroꝝ: sed q: maxie apparet talis discoloratio in visu: eo q̄ maxie appet color in ptib⁹ facie: idcirco dixit Aui. de alteratōe coloris in visu ꝛ casu pulsus post spissitudinē ꝛ paruitatē. i. q̄ in istis pmo fit pulsus spissus ꝛ puus ꝛ postea cadit. Cā aūt huius est ꝓpter vehementē dolorē. Nam sm q̄ appet p Aui. in pmo canone. fen 2ª caplo de pulsu. Dolor fortis in sui principio facit virtutē ebullire ꝛ inflāmat caliditatē: ꝛ ideo in sui pncipio mutat pulsum ad magnitudinē ꝛ velocitatē. Cum

aūt dolor ad finē sue fortitudis puenit: tūc pcedet pulsus minorādo ⁊ redibit ad inferiora donec pdet magnitudinē ⁊ velocitatē: sed vicē istaꝝ supplebūt spissitudo ⁊ paritas: ⁊ iō fiet spissus ⁊ puus. ¶ Ulteriꝰ aūt si plus augmētatus fuerit adducet pulsuꝫ ad raritatē ⁊ pditionē. i. casuꝫ ipsius. Cū ergo dolor vehemēs fegtur vulnera istoꝝ mēbroꝝ. Jccirco in pncipio sui ponet pulsum magnū ⁊ velocē: in pcessu aūt spissum ⁊ paruū: vltimo aūt pducet ad pditionē ⁊ casum ipsius. Et iō bene dicit Aui. Et casu pulsus post spissitudinē ⁊ puitatē ⁊ pducit ad syncopim ⁊ casum virtutis. Cā aūt huius est ex vehemēti dolore q accidit: dolor. n. fortis calorē ⁊ spm̄ cū virtute dissoluit ⁊ mēbra a ppriis opationibꝰ phibet ꝑm qꝫ Aui. dicit ꝑmo canone. sen 2ª cap'o 3'eo qō puenit ex dolore: ⁊ iō vulnꝰ in talibꝰ mēbris pducit ad syncopim ⁊ casum vtutis. Et qñ qꝫ segtur ea spasmus hoc est ppter ꝛtinuationē neruoꝝ ad cerebrū: vnde ⁊ ad passionē ipsoꝝ accidit aliqñ cerebrū cōpati ppter cuius cōpassionē totū corpus spasmat. ¶ Est aūt intelligendū circa p̄dicta qꝫ vulnus pōt accidere neruis q̄druplicit ꝑm qꝫ appet p Gal'. 6. de ige. sa. ⁊ p Aui. in pte sequēti: de vulnerib⁹ neruoꝝ: nā neruus: aut pungit aut scindit: ⁊ si scindit aut scindit ꝑm longitudinē aut ꝑm latitudinē. Et si scindit ꝑm latitudinē: tūc aut recidit ex toto: aut solū in pte. Iste ḡ sunt q̄tuor spēs vulnerū q̄ possunt accidere neruis. Istoꝝ aūt vulnerū magis timorosum ⁊ piculosuꝫ: ⁊ ad qō magis segtur spasmꝰ ⁊ alia accidētia q̄ Aui. ponit: est p̄ctura. Deinde est vulnus qō ē scissura neruī p latitudinē nō ex toto: deinde est vulnus neruī qō est scissura ipsius p longū: minus autē piculosuꝫ oībus: q̄tū ad pditionē infirmi est qñ incidit nervus ex toto: nihilominus tñ mēbrū qō p illū neruuꝫ mouebat motū amittet: ⁊ h̄ est qō dicit Ga. 6. de ige. sani. Itē si neruus sit icisus ⁊ sepatꝰ nullā suspectionē eger hꝫ curabit. n. sicut cetera mēbra: sed tñ mēbra q̄ mouebant p ipm̄ neruū motū amittēt. Qñ ḡ Ani. dicit qꝫ de vulnerib⁹ sunt quedā h̄itia timorē sicut sunt vulnera neruoꝝ ⁊c. intellige hoc maxīe de vulnerib⁹ ipsoꝝ: q̄ sunt punctura ⁊ scissio p latitudinē nō ex toto: eo qꝫ ad hoc sequūtur accidētia: q̄ Aui. ponit in lra: ⁊ maxime cura istoꝝ diuersificat a cura vulnerū aliorū. Quare autē vulnera neruorū sunt magis piculosa alijs vulneribus: ⁊ q̄re etiā p̄ctura est piculosior scissura p latitudinē nō ex toto: ⁊ q̄re ēt ista ē piculosior scissura ꝑm lōgitudinē: ⁊ q spasmus segtur ad vulnera istoꝝ mēbroꝝ: vt̄ de inuntiōe vel repletiōe ⁊ quō accidat ex vulnerib⁹ quoꝝ neruoꝝ accidat totū: hoc nō est p̄sentis intentiōis dicere: cū Aui. de vulnerib⁹ istis nō loq̄t h nisi icidētaliꝫ: vt dictū fuit ꝑus: Sz ōia h pfectē hꝫ ingenū nostri possibilitatē ingremus in tractatu vulneꝝ neruorū: qñ ipm̄ deo dante auxiliū exponemus. Et siꝫ illa supple vulnera sunt timorosa q̄ cadūt ante genu apōtulā vel ppe p duos digitos. Et cā huiꝰ est ppter multitudinē neruoꝝ ⁊ chordarū q̄ sunt ibi: ⁊ iō multotiēs sequūtur ea accidētia mala q̄ dicta sunt ꝑus: ⁊ eadē est cā h ⁊ ibi: nisi qꝫ hic intēdunt plus illa accītia propter capita pluriū neruoꝝ ⁊ chordarū q̄ sunt ibi. Et iō Aui. addit. Et sunt pmētia a gbꝰ paruī liberāt. i. infirmi. ¶ Deide cū dic.

¶ Et qñ accidit spasmus ex huiusmodi vulneribus lacertosis ⁊ nō recipit curationem: tūc curatio est incidere lacertuꝫ in latitudine: ⁊ est volūtas vt destruatur opatio lacerti: verū illud est de illis que oportet vt postponant quantū est possibile. Et cureť spasmus ⁊ pmixtio rationis cum re alia p̄ter eam: ⁊ sicut vulnus geniculi: ⁊ forsasse enim necesse est vt ponatur cum sectione dura.

¶ In ista pte Aui. tangit aliqd de cura istoꝝ vulneruꝫ. Et qꝫ vt dictū est logtur hic de istis vulnerib⁹ incidētaliꝫ: idcirco hic Aui. solū tangit incidentaliꝫ ⁊ incōplete de cura ipsoꝝ. Et duo facit. Primo tangit aliqd de cura istorū rōne cuiusdā accidētis qō in eis supuenit pauca rōne spasmi. secūdo ponit quendā canonē generalē. quantū ad curam istorū vulnerū. secūda ibi. (Et opz vt sit festinatio.) Et intellige hic qꝫ q̄ntum ad rectū ordinē cure istorū vulnerū ps secūda debebat p̄cedere p̄mā: qꝫ rectus ordo in determinādo de cura alicuiꝰ morbi est ꝑmo ponere cnrā illius morbi: ⁊ postea accidētū eius. Sz qꝫ Aui. hic logtur de vulnerib⁹ istis plus sub rōne q̄ sunt timorosa: fūt aūt timorosa ppter accītia que ea sequūtur. Idcirco ꝑus tetigit aliqd de cura accidētū q̄z de cura ipsoꝝ. Et qꝫ iter accītia q̄ ea sequūtur magis timorosum est spasmus: eo qꝫ spasmus supuenies vulneri est mortale: vt dic̄. Hypo. Idcirco Auicē. maxime inter alia accītia tangit aliqd de cura ipsius: nec etiā pfecte tāgit curā ipsius hic: cū nō pncipaliter de his hic intēdat: sz solū tāgit aliqd necessariū fieri aliqñ in cura ipsius. Dicit ergo. Et qñ accidit spasmꝰ ex hmōi vulnerib⁹ lacertosis. i. neruosis: accidit aūt maxīe spasmꝰ in eis: vt dictū ē ꝑus qñ neruus ē p̄ctꝰ: aut icisus in latitudine nō ex toto: ⁊ nō recipit curationē. s. aliter p medicinas: tūc curatio eius est incidere lacertū. i. neruū in latitudine. Cā aūt huiꝰ est: qꝫ cū spasmus accidat ppē nocumētū qō ferk ad cerebrū rōne ꝛtinuatiōis nerui ad ipm̄ cerebrū ꝑm qꝫ dictū est: tunc qñ ex toto recidit nō amplius ferk nocumētū ad cerebrū: qꝫ ps nerui sana nō incisa: q̄ recipiebat nocumentū a pte lesa: ⁊ p ꝛnās etiā duceba tur nocumentū illud vsqꝫ ad cerebrū nō amplius recipit illud nocumentū ppter nō amplius ipm̄ cōtinuari: ⁊ iō tūc euitaf spalmus q poterat esse cā pditōis infirmi. Ille rūtamē quanqz talis incisio nō fit cā spasmi: ipa tū est cā alterius nocumēti: qō subdit Aui. dicens. Et est volūtas id est ⁊ ē necesse tūc vt destruaf opatio lacerti. ¶ Et iō debemus euitare istā incisionē q̄ntum possumus: sz qñ non possumus aliud debemus eā facere: qꝫ minus malū est qꝫ mēbrū pdat talem opationē q̄z qꝫ infirmus moriaf. Et iō Aui. subdit. Uerū id est de illis. i. ista incisio que oz vt postponaf q̄tū possibile est: ⁊ h̄ ppter nocumētū mēbri qō inde segf: ⁊ curet spasmus ⁊ pmixtio rōnis cū re alia p̄ter illā. i. p̄ter incisionē sicut mūdificādo corpus cū flebotomia ⁊ farmacia ⁊ mūdificādo ⁊ aperiēdo vulnus vt effluat ad exteriora eruginosus sudor q ad cerebrū ducit ⁊ inūgēdo mēbra circūstātia oleo tepido vt si vulnꝰ nerui sit in manu inungemus alam subacsellam et collum ⁊ circūstātia mēbra. Si vo in pede inūgemus iguina vsqz ad dorsum ⁊ caput. p huiusmodi. n. si possumus debemus vitare ⁊ curare spasmū. Sz si nulla istarū rerū spasmo subueniat: tūc cogimur incidere neruū ex toto: quo facto spasmus cito curabit ppter cām que dicta est: ⁊ tūc Aui. specificat de vulnere geniculi qnō in eo oportet facere talē incisionē aliqñ dicens. Et sicut vulnus geniculi supple est timorosum rōne spasmi q cito ad vulnus eius segtur. Forsasse. n. est necesse vt ponaf. i. postponaf spasmus in eo cum sectione dura. i. cum tali sectione nerui ex toto: ad hoc est qñ nō possumus vitare ipm̄ cuz re alia: ⁊ minus possumus vitare in ꝑo ppter multitudinē neruorū q̄ sunt ibi: ⁊ ideo cogimur in eo plus facere talem incisionē nerui ex toto' vt euitef pditio infirmi. ¶ Deiñ cū dic.

¶ Et oportet vt festinatio in apostematib⁹ eius ⁊ vlceribus ipsius cuz flebotomia ⁊ solutione ventris: ⁊ phibitione incarnationis donec mundificent mundificatione vltima: deinde incarnētur.

¶Aui.ponit quēdam canonē generalē cure in vulneribꝰ ⁊ apostematibus p̄dictoꝝ membꝛoꝝ: vt ostēdat q̄ cura ipsoꝝ diuersificat a cura p̄dictoꝝ vulnerū carnosoꝝ eo q̄ vulnus in istis nō debet festināter incarnari: sicut alia carnosa vulnera: sed p̄us debet mundificari pfecta mundificatione vltima vt ois virulēta ad exterioꝛa educatur que posset causare spasmū ꝓpter ꝛtinuationē nerui cui cerebꝛo: ⁊ hoc maxīe debet itelligi de vulneribꝰ tꝛmoꝛosis nerui q̄ possunt inducere spasmū sicut q̄ punctus est neruus vel incisus ⁊ maxime ꝑm latitudinē non ex toto: ⁊ pꝛ q̄ dicit in littera. Intelligetamē q̄ totū illud q̄ dictū est ꝺ cura spasmi ⁊ cura vulnerū hic melꝰ ⁊ longius explanabitur in tractatu vulnerū neruoꝝ: ⁊ ꝺ quod hic deficit ibi requiratur ⁊c.

¶De cognitione eius q̄ facit nasci carnē: ⁊ q̄ incarnat ⁊ q̄ sigillat: ⁊ q̄ corrodit ex medicinis. Capl'm.iij.

m Edicamen faciens nasci carnē est illud quod coagulat sanguinem sanum in carnem.

¶Q uia sicut apparet ex his que dicta sūt in p̄dicto capl'o in curatione vulnerū aliq̄n indigemus his q̄ facūt nasci carnē sicut in vulneribus ꝓcauis in q̄bus est caro depdita: aliq̄n aūt indigemus medicinis incarnātibus solū labia vulneris remota abinuicem sicut in vulneribus carnosis simplicibus. Aliq̄n aūt indigemus medicinis cicatriçātibus que facūt nasci cutē sicut in vulneribus in q̄bus est cutis depdita: aliq̄n aūt indigemus medicīs diminuētibꝰ ⁊ corrodētibus carnē sicut in vulneribus in q̄bus aliq̄n nascit caro plus q̄z opꝛ ꝑm q̄ dictū fuit p̄us: idcirco Aui. post p̄dictū capl'm ponit id capitulū in quo in generali determinat de naturis istaruꝫ medicinarū: oñdit. n. in generali cuius cōplexionis debent esse medicine facientes nasci carnem ⁊ cuius cōplexionis debēt esse incarnatiue: ⁊ cuius cicatriçatiue ⁊ cuiꝰ corrosiue carnis. Dico aūt q̄ facit hoc in generali in isto capl'o: q̄ inferius ponet capl'm in quo ponet medicinas in speciali facientes nasci carnē ⁊ incarnātes ⁊ cicatriçantes: in isto aūt capl'o ad nullā ipsarū descēdit: sꝫ solum in generali determiat de naturis ipsaꝝ: que aūt sint ille medicine in speciali inferius ponet. Diuidit aūt id capl'ꝫ in partes duas. In parte p̄ncipalē in qua facit q̄ dictū est: ⁊ incidentalē. 2ª ibi. (Et id quidē q̄ est rectū ⁊c.) Prima ps in q̄tuoꝛ. In pte prima determinat de cognitiōe medicinarū faciētū nasci carnē. in secūda de cognitiōe medicinarū incarnantiū. in tertia de cognitiōe medicinarū cicatriçantiū. in q̄rta de cognitione medicinarū corrodētiū. secūda ibi. (Medicine autez incarnatiue.) tertia ibi. (Consolidationē vero.) q̄rta ibi. (Corrosiua diminuēs.) Prima ps diuidit in partes duas. in p̄ma parte ostēdit quoddā esse medicamē faciens nasci carnem ab opatione quā facit: ⁊ in secūda parte determinat de natura complexionis ipsius. secūda ibi. (Oꝛ si fuerit et exiccatio ⁊c.) Dicit ergo p̄mo. Medicamen faciēs nasci carnem est id q̄ coagulat. i. q̄ ꝙuertit sanguinē sanū in carnē: supple qui debet restaurari loco carnis deperdite: hec est ergo operatio medicie faciētis nasci carnē: q̄ ex sanguine veniente ad vulnus restaurat carnē que depdita est donec tota ꝓcauitas repleat. Intellige aūt: q̄ Aui. dicit q̄ medicamē faciens nasci carnem est id q̄ coagulat sanguinem in carnē. i. q̄ ꝓpte medicia nō est que coagulat sanguinē in carnē: imo ꝓpte coagulans sanguinē in carnē est virtus nutritiua naturalis mēbꝛi: eo q̄ hec est opatio ipsius: sed medicina faciens nasci est sicut coadiuuās ad istā opationē: eo q̄ remouet impedimenta nature ⁊ conseruat complexionē naturalē mēbꝛi meditāte qua virtus suam actionē pficit: ⁊ ꝓpter hoc dicit Gal. 3° de inge. sanitatis. q̄ si nos concedamus q̄ locus vulneris sit sanus ⁊ sanguis ad eū veniēs sit tempatus in q̄ntitate ⁊ qualitate nil extrinsecoꝝ q̄bus adiuuet carnis generatio oportet apponi: sed q̄ in nostro coꝛpoꝛe semp quasi duo efficiūtur. Unū est supfluitas subtilis: aliud est susuitas grossa. ⁊ hec maxime generanꝫ in loco vulneris i quo indiget caro restitui: subtilis aūt vulnus humefacit: grossa autez putrefacit. idcirco necesse est semp medicinas apponi vbi caro restituēda est que talia impedimēta remouent scꝫ vt supfluitatē subtilē exiccēt ⁊ grossam mūdificent: he aūt sunt medicine que dicunt faciētes nasci carnē. Dicūtur ergo tales medicine coagulare sanguinē in carnem nō sicut p̄ncipale agens: sed sicut coadiuuātes: q̄ predicta impedimēta remouēt prohibentia actionem nature.

¶Ulterius aūt intellige q̄ signāter dixit Aui. sanguinē sanū: q̄ cū sanguis sit mā generāde carnis oꝛ vt sit tpatus in quātitate ⁊ q̄litate: si em supabūdauerit in aliq̄ istoꝝ nō solū caro generabit: sꝫ augmētabit vulnꝰ: ⁊ ꝓpterea dicit Gal. tertio de inge. sani. q̄ in vulnere curando duo sunt p̄mitus ꝓsideranda: quoꝝ vnū est sicut agēs p̄ncipale sicut vtus ⁊ cōplexio mēbꝛi. i. tempata sunt ꝑm ꝓpꝛium tempamentū. Aliud vero est sicut materia carnis generāde vt sanguis ad locū defluens sit tpatus in q̄ntitate ⁊ q̄litate q̄ si alterū istoꝝ intēperatū fuerit moꝛbus multiplicabit: ⁊ ꝓpter hoc Aui. dixit signāter q̄ coagulat sanguinē sanū: dicit ⁊c. ¶Deinde cum dicit:

¶ Q ꝺ si fuerit exiccatio ei vehemēs phibet sanguinē venientē: quare non habebit materiā caro. Et si est ei abstersio vehemens remouet eū: ⁊ facit cū currere: quare consumit materiā inuentam carni ergo oportet vt nō sit ei plurima exiccatio: imo vsq̄ ad terminū: neq̄ abstersio fortis valde: imo abstersio pauca in tanta q̄ntitate vt abstergat sorditiem absq̄ moꝛdicatione: ⁊ non indiget stipticitate de qua est curandum.

¶In parte ista Aui. determinat de natura cōplexionis medicie istius. Et diuidit ps ista in partes duas. Primo ostēdit cuius cōplexionis debet esse q̄ntū ad q̄litates passiuas. i. q̄ntum ad humiditatē ⁊ siccitatē: secūdo ostēdit cuius complexionis debet esse q̄ntū ad q̄litates actiuas. i. q̄ntū ad caliditatē ⁊ frigiditatē. secūda ibi. (Et oꝛ uerū vt sit in caliditate ⁊c.) Dicit g̃ ꝓmo Aui. ⁊ planū est id q̄ ꝺ dicit q̄ntum ad supficiē li'e. Sed tū vt dicta ipsius melius intelligant radicitus ⁊ etiam causa ipsoꝝ reddatur: non est inutile de aliquibus dubitare.

Dubitatur ergo ꝓmo vtrū medicia generatiua carnis debeat esse semp exiccatiua: ⁊ videt q̄ nō: q̄ ꝑm q̄ apparet p Gal. in tertio de inge. sa. ⁊ p totū. Medicia generatiua carnis debet talis in vulnere administrari vt conseruet complexionē mēbꝛi ⁊ nō vt destruat. Nam vt dicit ibidem Gal. Semp oꝛ te custodire cursum nāe dū est ⁊ eū dū non est restaurare. Cū he opationes fiant p̄ncipalr opatione nature: nunc aūt complexio aliquoꝝ membꝛoꝝ est humida: sꝫ humidū nō ꝓseruat a ficco: sed ab ipo destruit. Dicit em Gal. in tegni. Caliditoꝛa em coꝛpa caliditoꝛibus indigent adiutoꝛijs ⁊ frigiditoꝛa frigiditoꝛibꝰ: ⁊ ficcitoꝛa ficcitoꝛibꝰ: humiditoꝛa humiditoꝛibꝰ ⁊c. ergo in vulneribus taliū membꝛoꝝ nō oꝛ administrare medicinā ficcam vt destruat complexionē ipsoꝝ: sed medicinā humidam vt ipsam conseruet in sua natura. ¶Preterea Gal. ponit quarto de ingenio sani. q̄ si caro vulneris fuerit ficca:

¶Primus Auicē. ostendit propter quid ista vulnera neruorum dicuntur esse suspecta ⁊ diuersitatem vulnerum cōtingentium in neruis. In parte ista. Aui. dat modos curationis vulnerum que fiunt in neruis penes illud in quo differt curatio eorum a curatione vulnerum que fiunt in membris carnosis: ⁊ duo facit. In prima parte ostēdit qs est modus curationis talium vulnerum: ⁊ etiam accidēntium que sequuntur talia vulnera ⁊ qualis virtutis debet esse medicamen ipsorum. in secūda parte in speciali exēplificat medicinas conuenientes in vulneribus neruorū secunda ibi. Glutinū albotin est de melioribus. In primo ergo capitulo Aui. sic procedit: quia primo ponit modū curationis talium vulnerum per quem docet prohibere ne accidant accidentia molesta talibus vulneribus. secūdo docet curam talium vulnerum quando in eis sunt accidentia molesta: sicut spasmus ⁊ apostema. secunda ibi Et quandoq; accidit spasmus ex vulneribus ⁊c. Prima in duas. primo ostendit qualia medicamina conueniunt in vulneribus neruorum. secundo ostendit qualia maxime oz in eis. cauē. secūda ibi. Et de vulneribus a quibus magis necesse est ⁊c. Prima in duas. in prima parte ostēdit qualis modus curationis est conueniens curationibus vulnerum que fiunt in neruis: ⁊ sub hoc comprehēdit vulnera chordarum. secundo comparat modum curationis vulnerum que fiunt in ueruis ad modum curationis vulnerum que fiunt in ligamentis. vt per hoc ostēdat modum curationis qui conuenit vulneribus ligamētorum. secunda ibi. Et si neruus est discoopertus ⁊c. prima in duas. in prima parte in generali ponit modum curationis horum vulnerum. in secunda parte in speciali ponit curam ipsorum sm diuersitatem horum vulneruz secunda ibi. Quod si neruus ille fuerit discoopertus ⁊c. Prima in duas. In prima parte in generali ostendit qualis virtutis ōbet esse medicina que competit vulneri neruī: vnde vulnus est factum in neruo. secūdo ponit modū curationis generalem qui obseruari debet in vulneribꝰ neruorum ⁊ cum alijs medicaminibus. secunda ibi. Et si neruus fuerit detectus. Prima in duas. primo ostendit i generali qualis virtutis debet esse medicina que competit vulneri neruorum vnde vulnus nerui est factum in tali membro. secundo ipse modificat dictum suum. secūda ibi. Et si necessaria est fortis caliditas. Prima in duas. ꝓmo ostendit in generali qualis virtutis debet esse medicina vulnerum neruorum. in secunda parte: quia dixerat q̄ tale medicamen debet esse subtilis: cum tamen aliquando medicamen grosse substantie habeat alias virtutes conuenientes ostendit qualiter subtilitas i tali medicamie possit fieri. secunda ibi. Et quod est huius generis substantie. In prima parte vult dicere Auicē. q̄ medicamen vulnerum neruorum debet habere has proprietates quoniam debet esse calefaciens ⁊ exiccās: ⁊ habens etiam virtutem attractiuam: propter quod non debet esse medicamen habens virtutem stipticam que est contraria virtuti attractiue: ⁊ precipue ōbet caueri ponere stipticum medicamen in principio nisi contingat q̄ in medicamine stiptico sit virtus abstersiua ⁊ mundificatiua: sicut es vstum ⁊ scoria eris. In calefactione autēm et exiccatione sic debet se habere vt sit calefactionis tēperate. Exiccationis autem fortis debet esse. quantum autem ad modum substantie debet esse subtilis substantie: tale enim medicamē: quia est caliditatis temperate ⁊ exiccationis fortis ⁊ subtilis substantie est quod habet virtutem attractiuam. Causa autem quare medicamina que conueniunt vulneribus neruorum ratione vulnerum: inquantum sunt in neruis: debent habere has proprietates: est quia vt dictum est in vulneribus neruorum maxime timetur euentus spasmi ⁊ apostematis ⁊ putrefactionis: sicut apparet ex dictis: propter quod medicina debet habere tales virtutes vt per ipsam prohibeatur aduentus horum accidentium que faciunt vulnus esse molestum ⁊ prohibens ipsum a consolidatione. Nunc autem spasmꝰ ⁊ apostema vt dictum est accidit maxime ex dolore ⁊ ex retentione humiditatis in neruo. quare propter hoc requiritur vt medicamen quod administratur ī neruis nō sit prouocans dolorem imo mitigatiuum: ⁊ cum hoc etiā sit attrahens humiditatem ad exteriora non condensans eam in neruo: putrefactio autem accidit in ipso maxime ex humiditate substantie ipsius: quare oportet vt caueatur vt medicina ipsa sit contraria mollificationi ⁊ humectationi in vulnere neruī: hoc autem habet perficere medicina que has habet proprietates: naz medicina ex hoc q̄ est caliditatis temperate habet mitigare dolorem: nō tamen est causa retentionis humiditatis in loco: imo est causa attractionis eius ad extra: calidum enim superfluum: quia mordicat non est mitigatiuum doloris: sed pro

uocatiuum doloris: vnde non est conueniens: frigidum autem est prohibituum egressionis humiditatis: z ē retentiuum ipsius in neruo: z cum hoc etiam spasmantur nerui: propter quod medicina ipsius non debet esse calida neq; frigida superflue: vt non mordicet: sed caliditatis temperate: verum etiam ex hoc q medicina est vehemētius exiccationis ipsum prohibet ne putrefactio accidat in ipso: z est conueniens complexioni nerui: quoniam neruus in genere membrorum suorum est. Quapropter in medicamine vulnerum neruorum debet esse exiccatio vehemens: ex hoc etiam q medicina virtutem habet attractiuam prohibet ne humiditas aggregetur i neruo: z qz illud quod habet virtutem attractiuam est quod caliditatem habet cum subtilitate substantie: in tali enim medicamine est proprietas vt humiditates ad exteriora moueat sicut dicitur ab Auicen. secundo canone. capitulo de operationibus medicinarum singularium: hinc est q illud medicamen ōbet esse subtilis substantie: z precipue hoc medicamen conuenit subtilis substantie: tum quia neruꝰ positus est in profundo: tum quia neruus est substantie dense z dure vt ergo penetrare possit virtus medicaminis oportet vt medicamen sit subtilū partium: ex quo patet q debet caueri in eis stipticum medicamen: z precipue superflue stipticitatis: quoniam hoc prohibet extractionem humiditatis ad exteriora z condensat eam in loco. Et precipue debet caueri in principio maxime aggregatio humiditatis in neruo propter humiditatez que exstit in vulnere ex diminutione z cutis z carnis z venarū ex quibus humiditas egreditur z retinetur in loco vulneris nisi accideret q in tali medicamine stiptico esset virtus abstersiua. Nullum enim est inconueniens vt in aliquo medicamine stiptico sit virtus abstersiua propter diuersitatem partium sicut virtus stiptica z abstersiua vt ē in scoria eris. Sicut ponitur a Gal. tertio de simplici medicina: tunc talis medicina est conueniens: nam tunc stipticitas nō ē impediens attractionem humiditatis ad exteriora: sed tamen hoc adiuuat ex eo quod prohibet fluxum humorum ad locum propter ergo omnia ista concurrere ad curationem vulnerum neruorum debet medicina habere has proprietates que administrantur in vulneribus neruorum. ¶ Tu tamen intellige circa hoc q fm quod instat magis nobis necessitas magis ad intētionem vnam q̄z ad aliam fm hoc debet medicina augeri in virtute plus que in intentionem illaz respicit: vt verbi gratia: quando vides q in vulnere nerui est maximꝰ timor de euentu spasmi z apostematis propter retentionem humiditatis in loco sicut accidit in punctura: z tunc medicina debet augeri maxime in virtute attractiua humiditatis ad exteriora z in virtute exiccatiua: z multum esse de virtute mitigatiua doloris. Si autem vides q in vulnere est maximus timor de his propter dolorem vementem: non autem est timor multus de his propter retētionez humiditatis in loco sicut est i manifesta fissura: tūc debes cauere maxime a medicamine mordicatiuo z prouocatiuo doloris z plus de exiccatione curare q̄z de alia intentione vt non accidat putrefactio in vulnere. Et propterea vt apparebit postea in talibus apostematibus medicamina que sunt vehementis exiccationis z modice caliditatis non mordentia vt mineralia lota z calx lota z similia. Si autē times propter vtrunq; ne accidat sicut multotiens: quia cum punctura aggregatur vehemētissimꝰ dolor: z tunc intendimus ad vtrunq;: z ideo in tali vulnere in orificio imponitur medicamē attractiuum vehemēter: z in partibus alijs ponuntur ea que dolorem mitigāt sicut calida mollitiua sicut totum hoc inferius ōclarabit.

Sed circa istam materiam est dubitatio duplex. Una dubitatio est: quia Auicen. dicit siue ponit q medicamen vulneris neruorum debet esse calidum. ¶ Dices tu tunc illud videtur falsum: quoniaz dictum fuit supra q medicina que apponitur in vulnere i caliditate z frigiditate debet assimilari complexioni ipsius membri: vnde ipse dicit supra. in quarta fen huius. Et assimilatur calidum valde calido: z frigido valde frigidum. Cum igitur neruus in genere membrorum sit cōplexionis frigide videtur q medicina sibi conueniens debeat esse complexionis frigide. Firmatur autem argumētum hoc ex illo: qz regula est z canon: q in omni egritudine complexio naturalis membri debet conseruari: sicut declaratum est per totum de ingenio sanitatis. Cōseruatio autem fit a sibi similibus: ergo cum nerui sint frigidi ad conseruationem complexionis eorum debent medicamina que administrantur frigida esse.

Secunda dubitatio est qz aliquis dicet videtur q aliquando competant medicamina fortis caliditatis: quoniam ita ipse docet administrare in vulneribus neruorum euforbium z sulphur: omnia autem hec sunt vehementis caliditatis: non ergo solum indigent ea que sunt temperate caliditatis. ¶ Ad primum dubium dicendum est q dubium illud non querit aliud nisi propterea quid est q frigidum ponitur maxime esse nocituum neruis: cum tamen nerui ponantur membra frigida. ¶ Ad cuius solutionem intelligendum est q loqui de calido z frigido est dupliciter. Uno modo de calido z frigido fm q sunt talia in actu: alio modo est loqui de ipsis fm q sunt talia in virtute vel potentia: sicut isto modo loquimur de medicaminibus dicentes aliquando quod est frigidū i actu vel calidum in actu: z aliquando dicimus q est calidum z frigidum fm q virtus eius calefacit: z infrigidatur. Similiter etiam est loqui de neruis dupliciter: vno modo ē loqui de ipsis scilicet prout sunt in dispositione naturali: alio modo prout sunt in dispositione preternaturaz que est vulneratio eis accidens: modo tunc si loq̄mur de neruis prout sunt in dispositione naturali: tunc ea que frigida sunt in actu sunt eis nociua: calida autem temperata i actu sunt eis iuuatiua: sed ea que frigida essent in virtute z potentia essent eis iuuatiua: calida autem nocitiua. Ratio autem huius est hec quia hec est differentia inter ea que sunt talia in actu z ea que sunt talia in potentia: quia talia in actu operantur in prima obuiatione ad corpus: quia non indigent a calore corporis reduci ad actum: talia autem in potentia non operantur in prima obuiatione ad corpus fm q sunt calida in potentia. Sed prius fz fialiquid patiuntur a calido naturali: etiaz talia i actu sūt talia absolute: vt frigidum in actu etiam est frigidum absolute: z similiter calidum in actu. Talia autem in potentia non dicuntur talia nisi ex comparatione: z relatione ad aliud: z precipue ad corpora temperata: vt apparet tertio de complexionibus. ¶ Tunc igitur statim ex hoc manifestum est q frigida in actu nocent membris frigidis z maxime neruis z cerebro: quoniam ista membra non dicuntur frigida: quia sint frida in actu: omne enim corpus quod viuum existit calidum est in actu. Sed dicuntur frigida: quia parum habent caliditatis in actu. Et ppterea quia omnia membra corporis calida sunt in actu ea que sunt eis amica sunt calida in actu: ideo ea que frigida sūt in actu nocent eis: illis ergo membris sunt magis inimica frigida in actu: a cuius nocumento minus possunt tueri: sed membra frigida minus possunt tueri a nocumento frigido propter modicam caliditatem ipsorum: congelātur enim statim a frigido in actu: z ideo spasmantur. Cuius etiam simile videmus in corporibus perambulantibus per vehemens frigus: nam si talia corpora siue mē-

bra modicum habeant caloris valde leduntur ab ipo frigore adeo q quandoq; congelantur ab ipso. Sed membra calida propter fortem caliditatem resistentem non sic patiuntur a frigido in actu: non enim sic cito congelatur ab eo: immo videmus: q quia inter membra calida est quoddam quod vehemens est caliditatis in quo quidem calidum intenderetur nisi infrigidaretur: sicut fuit cor q in tali membro non solum frigidum non est nocituum: immo frigidum est iuuatiuum: vnde z natura motu anhelitus constituit ei per quē cōtinue attrahitur aer frigidus ad refrigerium eius: sed frigida que sunt calida in potentia: non tamen actu bene essent amica neruis que sc̄z non sint amplius frigidiora respectu medicine temperate q̄z sint nerui respectu cutis que temperata est. Calida autē que forent calidiora q̄z sint nerui nocerent. Et iō est q vnumquodq; cōseruatur in sua tēperantia a sibi simili. Supposito ergo q nerui habeant propriā tēperātiam cū temperantia ipsorū in genere mēbrorum sic q sint frigida: manifestum est q ea que conseruant ipsos inter ea que sunt calida in potētia erūt frigida: non autem calida cuz calida remouerēt eos a propria tēperātia. Et ideo q̄ auctores dicūt q frigidum est inimicū neruis intelligunt de frigido in actu: z propterea sicut apparebit illō Aui. maxime ostēdit q frigidū nocet neruis quod est frigidū in actu: z tunc oīa medicamina que quidē administrant neruis sub actu caliditatis: docet Aui. administrare ea. Si aūt loquamur de neruis put sunt in dispositōe extra naturam: tūc eis sunt nocitiua z frigida in actu z frigida in potentia: frigida quidez in actu maxime nocēt ppter causam iam dictā. Vnde Aui. ibi maxime dicit de talibus frigidis que nocēt nernis: frigida autē in potentia nocēt propterea q medicina vulnez neruorū vt dictū est debet eē mitigatiua doloris z dz esse attractiua eruginis ad extra dissolutiua humiditatis attracte ad locuz ex dolore: has aūt proprietates nō habet frigidū: sed calidum: ppter qō medicamen vulneris neruorū debet esse calidum in virtute saltem tēperate: z hoc quidē maxime attendim⁹ circa principiū: cū est dolor z humiditas in loco. in processu autē non sic curamus: sed solū curamus de exiccatiōe fortī: z dato q tale medicamē nō sit calidū in virtute: dūmodo sit calidū in actu: z fortis exiccatiōis est cōueniēs: sicut Aui. infert⁹ docet administrare tutiā confectā cū oleo rosaceo in vulneribus neruorū: z hec est veritas in hac dubitatione. Et ex his apparet solutio ad argumēta diligēter intuenti. ¶ Ad scōm dōm est sicut extrahit ex quodā §. quē infra subdit. Et si necessaria est fortis caliditas z̄. q illud dictū qō dicitur hic q medicina vulnerū neruorum dz esse caliditatis tēperate: intelligitur vt ei⁹ impressio in caliditate ad substātiā nerui pertingit: quoniā substantia nerui non sustinet vehemēter calidū: sicut neq; frigidū vt postea dicet. Ea ergo que sunt vehemēter calida vt euforbiū z similia nō administrant vt eoz vehemens caliditas ad neruuz pertingat: Sed vt propter vehemētem caliditatē virtus eoz penetret ad profundū z humiditatē cōtentam in profundo extrahat ad superficiē orificiuz vulneris aperiēdo: ea propter talia medicamina: vt postea dicet nō essent bona in neruo discooperto: sed sūt bona in punctura. Mā q: tunc neruus coopertus ē z positus est in pfundo talis medicine caliditas nō pōt peruenire ad substantiā nerui sub vehementia caliditatis: sed peruenit ad ipsū refracta z tēperata: licz ergo in se medicina hec sit vehemētis caliditatis: tamē impressio que ad neruū peruenit est tēperata: ergo illud dictū quod hic dicitur debet intelligi de caliditate medicine sm q ei⁹ impressio ad neruū peruenit: z illud infinuat Aui. in illo §. allegato: vbi ostendit propter qd aliquando ē necessaria fortis caliditas in medicamine vulnerū neruorū. His ḡ bene preintellectis multa illius capituli faciliter possūt intelligi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quod est huius generis substantie subtilia ipsum cum trituratione in aceto in quo non est stipticitas: z quandoq; timetur ex aceto z subtiliatione eius pcessio caliditatis subtilis in re spissa.

¶ In parte ista Aui. q: aliqñ cōuenit q medicina habeat pprietates predictas: est tñ grosse substantie: sicut scoria eris: vult ostēdere qualiter tale medicamē possumus facere cōueniēs in substātia: z vult dicere q pmixtio talis medicaminis qō est hui⁹ generis. i. grosse substātie cū aceto in quo nō est stipticitas: qñ stipticitas phibet sm aliquid eius penetrationē: facit vt virtus hui⁹ medicaminis penetret ad pfundum: accidit enī q ex pmixtiōe aceti propter subtilitatē substātie aceti possit penetrare caliditas medicaminis qō est grosse substātie subtiliari ex pmixtiōe aceti in rem sube dure z spisse qualis ē substātia nerui. Et ls est qō vult dicere Aui. cū dicit. Et qñq; cōtinet z̄. q tamē prius penetrare nō poterat ppter grossitudinē sube in q̄ fundat. Vel erū etiā q illud dictū pōt exponi: alio modo vt vellet dicere q nō solū aceti confert admixtū cum istis medicaminib⁹ q: adiuuat ad penetrationē eorū: verū ēt confert ex hoc: q: ex aceto aliqñ pcedit aliqua caliditas debilis que adiuuat ad penetrationē eoz: z pcipue in rē spisse substantie: z id est quod Aui. dicit.

Tunc ad remotionem dubij: aliquis eni posset dicere: quare doces tu administrare acetū in medicaminibus neruorū: cū acetū sit valde frigidū. ¶ Ad hoc est dicēdū q aliquādo ex aceto fit in respisse substātie aliqua caliditas debilis z nō frigiditas: iuxta qō intellige: sicut apparet per istū. scōo canone. ca. de aceto: z per Gal'. pmo de simplici medicina. Acetū ē cōpositum ex duplici substantia. s. frigida: z hec ē substāna que ex vino remansit frigida ppter exalationē partis calide vinose qñ vinū cōuertitur in acetū z est cōpositū ex substātia calida: z hec ē illa que caliditatem accidētalē acq̄uit pec putrefactionez que accidit in vino quādo cōuertitur in acetum: lz tamen sit cōpositū ex tali duplici substantia: tamen q: exuberat ibi pars frigida: ideirco acetū a predominio ponitur frigidū: si ergo cōtingat q pars que ē calida in aceto ptranseat in substantiam membri plus q̄z frigida: tunc ex aceto peruenit in membro aliqua caliditas debilis: z quia i membro spisse substantie facilius preoccupat transitum pars calida: difficilius autem pars frigida: hic ē q Aui. dixit q in talibus mēbris substantie spisse: sicut sunt nerui peruenit aliquādo processio caliditatis subtilis. i. debilis. z vtraq; expositio vera est z potest saluari: ¶ Intellige autem circa hoc q vsus aceti in medicaminibus vulnerum neruorum non est bene tutus: propterea q: acetum est inimicum neruis: sicut ponitur ab Aui. tertio canone capitulo de paralisis cura. z a Galie. in commento tertij pronosticorum. Acetum enim mordicatiuum est: z vtplurimū infrigidat: que ambo sunt nocitiua neruis: et preterea: quia acetum de se nocituum est neruis in medicaminibus vulnerum neruorum discoopertorum q immediate apponuntur super neruos: z reputo tuti⁹: vt caueatur ab operatione aceti. Sed in medicaminibus vulnerum neruorum in quibus nerui non sunt discooperti vt in punctura: quia ibi medicina non ponitur imediate super neruum neq; ad ipsum peruenit virtus nisi valde refracta: quia in talibus indiges vt virtus medicaminis maxime profundetur: possumus vti aceto: quoniā tūc nō nocet ratione sue mordicationis: z iuuat ad exiccationez quia ipsum exiccatiuum est: z ad penetrationem virtutis medicaminis. ¶ Deinde cum dicit.

¶Et si necessaria est fortis caliditas: quãdoq; tunc necessaria est vt non sit profundans tantum: sed vt frangatur ⁊ declinetur cum ea ex eo quod ei admisceatur ad qualitatem vt calefaciat cum mensura et exiccet cum fortitudine.

¶In parte ista: quia dixerat q̃ medicina vulnerum neruorum debet esse equalis caliditatis: ita vt non mordicet modificat dictum suum: quoniam aliquando est necessaria vehemens caliditas: ⁊ vult dicere q̃ aliquando ẽ necessaria fortis caliditas in medicamine propter alteram duarum causarum aut quãdo indigemus vt medicamẽ vehementer penetret ad profundum sicut indigemus i puntura. aut est necessaria propter refractionẽ virtutis aliarum rerum cum quibus admiscetur. vt si sint quedã res que sint calide: aut minus frigide vel econuerso: quas si conueniant neruis ⁊ volumus eas administrare: quia in eis reperiuntur alie virtutes conuenientes: tunc miscemus res illas cum aliqua medicina vehementer calida nam ex administratione eius fit medicina operans ꝑ q̃ conuenit: ⁊ hoc vult dicere Auicẽ. ⁊ expositio eius perfecte haberi potest ex his que dicta sunt.

¶Deinde cum dicit.

¶Et si fuerit neruus detectus non sufficit aliquid cui sit acuitas omnino ⁊ ẽ nocumentum illius cum eo magnuz: ⁊ similiter si inuenerit medicamen aut pannuz quod administratur super vulnus cui obuiat dum est frigidum actu: tũc leso neruo ab eo est vehemens: ⁊ quãdo accidũt vulnera in neruis: tunc non oportet vt ꝓperent ad incarnationem: sed oportet vt incipiatur a sedatione doloris vaporando cum pannis calidis ⁊ cum oleis calidis: ⁊ cum oleo onfacino proprie: quoniam in ipso est stipticitas quedam ⁊ cum adipibus iterum: ⁊ sit eorum calefactio supra tepidum propter frigida: ⁊ similiter sit tua intentio in sedatione apastematis. Et de illis que administrantur etiaz tunc sunt emplastra facta cuz syrupo acetoso ⁊ cum aqua cineris: ⁊ ex cibis ⁊ potibus sicut farina fabaruz ⁊ herbi ⁊ ciceris ⁊ lupini amari: ⁊ sauic ordei ⁊ alijs: imo ista iterum administrantur antequã apostementur: ⁊ quandoq; confert administrare illud quod est leue. Cum ergo fit i eis illud ⁊ accidit securitas ex superfluitatibus que effunduntur per illud quod administratur de flebotomia ⁊ euacuatione: tunc incarna.

¶In parte ista cum ostendit Auicenna in generali qualis virtutis debet esse medicina vulnerum neruorum ostendit modum generalem quem obseruare oportet in curatione cuiuscunq; vulneris neruorum: nam ostendit que est intentio generalis curatiua que habetur in vulneribꝰ neruorum in qua intentione est differens curatio vulneris facta in neruo a curatione vulneris facta in carne: et ostendit etiam in generali ꝑm quem modum intentio illa perficitur: ⁊ tria facit primo enim in genere ipse ostendit que maxime debent caueri in eis. secundo in genere ostendit que oportet obseruari in ipsis. secunda ibi. Et quando accidunt vulnera in neruis. tertio quoddam q̃ dixerat confirmat per illud quod experientia videtur accidere. terna ibi. Et multotiens quidem cõuenit ⁊ẽ. Q̃ in prima parte dicit manifestum est ex his que dicta sunt prius. Pars autem secunda diuiditur in partes duas. in prima parte in generali ostendit que est intentio curatiua que debet haberi in vulneribus neruorum: ⁊ etiaz cũ gbus medicinis: ⁊ ꝑm quem modum illa intentio perficitur. secundo ostendit que medicamina sunt ad hoc conuenientia. secunda ibi. Et non sedes dolorem cum aqua calida ⁊ẽ. Circa primam partem aduerte q̃ intentio curatiua que est in vulneribus neruorum est ad duo in genere: nam vna intentio est ad incarnationez: ⁊ ista intentio sumitur ab esse vulneris: vnde vulnus est. secunda intẽtio que habetur in eis est prohibitio ⁊ remotio accidentium que consequũtur ⁊ apta sunt accidere ad talia vulnera que accidentia maxime sunt doloris vehementia apostema ⁊ spasmus: quia ista accidentia sunt molestiora q̃z fit vulnus: quoniam ex eis accidit interitus: ⁊ ideo est vt appareat tertio ⁊ quarto de ingenio sanitatis q̃ quando duo morbi coniunguntur q̃ habemus diuersas intentiones: debemus incipere ab his que respiciunt illud quod est molestius: hinc est q̃ in vulneribus neruorum ꝑmuz quod intendimus est ad sedationem doloris ⁊ prohibitionem apostematis ⁊ spasmi ne accidant etiam ad remotionem eorum si acciderint: deinde dum adest securitas ne accidant oportet hec vulnera incarnare: ⁊ propter hoc dixit Auicenna. Et quando accidunt vulnera: tunc non oportet vt properetur ad incarnationem: sed oportet vt incipiatur ⁊ẽ. Et subdit postea infra: cum ergo fit id i eis ideꝫ securitas ⁊ẽ. tunc incarna. ⁊ hoc est primum quod Auicenna insinuat. secundo insinuat cum quibus perficitur sedatio doloris ⁊ prohibitio apostematis ne accidat: ⁊ per consequens spasmi ⁊ curationem eorum cum iam incipiunt accidere: nam sicut Auicenna insinuat in principio istius. §. Sedatio quidem doloris fit cum his que vere dicuntur sedatiua doloris: hec aũt sicut declaratum fuit supra in tractatu de vlceribus sunt que calefaciunt tẽperate ⁊ mollificant hec autem sunt sicut olea calida adipes ⁊ similia administrata sub actu caliditatis: ⁊ hoc est quod dicit Salic. sexta particula de ingenio sanitatis. Cuncq; talia cognoueris non ponatur in fozamine pũcture medicamen solidatiuum: sed doloris mitigatiuum ⁊ẽ. prohibitio autem apostematis ⁊ spasmi: ⁊ etiam remotio eorum cum iam incipiunt accidere fit duplex: ista enim aut acciderunt maxime ꝓpter doloris vehemẽtiã plus q̃z ex aggregatione humiditatis retẽte: ⁊ tunc ꝓhibitio istorum fit cum predictis que dolorẽ sedant sic q̃ prius premittãtur ea que humores distrahunt ⁊ diuertũt: ⁊ prohibent fluxum humoꝝ ad locum. s. flebotomia ⁊ solutio vẽtris: aut ista accidunt ꝑncipaliter propter aggregationẽ humiditatis retente in neruo: propter quã accidit in neruo multar repletio: quare oportet vt administrẽtur ea que remo

uent humiditatē ꝛ virtutem habentē penetratiuā ad profundum ꝛ absterſiuā ꝛ attractiuam humiditatis ad exteriora: cum hoc etiam ꝙ reſoluant poros membri aperiēdo. ¶Sed talia quidē ſunt emplaſtra facta ex farina fabarum ꝛ orobi ꝛ lupinoꝝ ꝛ ordei ꝛ aqua ciceris ꝛ cum ſirupo acetoſo qō fit ex melle. hec enī prohibent apoſtema accidere ab illa cauſa: ꝛ conferunt etiā quando accidunt. et hoc Aui. inſinuat in illa particula cum ſubdit. Et ſimilit fit intentio tua ꝛc. Ex quo manifeſtum eſt ꝙ cum in punctura ſit maxime aptitudo preuenīdi apoſtema ex aggregatione humiditatis retente in loco ꝙ talia medicamina que ſiunt cum ſirupo acetoſo ꝛ aqua ciceris ꝛ farina orobi ꝛ aliis deſiccantibus maxime debent intelligi adminiſtrari in ipſa. In aperta aūt fiſſura quia plus accidit ex doloris vehementia melius eſt adminiſtrare illa que ſunt mollificatiua ꝛ calida temperate. ꝛ ideo Aui. in illa particula ſubdit poſtea. Et quādoq; confert adminiſtrare illō quod eſt leue ꝛc. adeſt quādoq; ad phibitionē apoſtematis et remotionē eius oportet adminiſtrare ea que ſunt leuia nō fortiter exiccatiua ꝛ attractiua: ſicut ſunt emplaſtra p̄dicta: ꝛ hoc eſt ſpecialiter magis in vulneribus in quibus indigemus remotione apoſtematis ꝛ mitigatione doloris q̄ alia intentiōe: ſicut ſunt vulnera aperta ꝛ manifeſta. propter quod vſus illorū emplaſtrorū que ponit tutior ē in vulnere nerui habente cecitatē: ꝛ quando nō eſt doloris vehemētia: ſed plurima eſt repletio humiditatis i neruo. neq; indifferēter in quocūq; vulnere adminiſtrari oꝫ ſicut quidā faciunt nō diſtinguentes id dictis auctorum.

¶Dis ergo premiſſis facilimū eſt intelligere litterā Aui. Dicit ergo. Et quando ꝛc. cum alijs calefactiuis. intelligē ꝙ ſi vulnus diſcoopertū eſt ꝙ nō debet poni intus quod putrefaciat ſicut iſte adeps: ſed extra in circuitu. Quādo autē eſt punctura poſſumus apponere vbicunq; quia ibi nō timemus ꝙ ex ipſo accidat neruo putrefactio: ſicut dictum eſt prius auctoritate Gal. Et ſicut etiā infra Aui. inſinuat: ꝛ cum oleo onfacino proprie. Oleum onfacinum dicitur eſſe oleum: quia fit ex oliuis expreſſis nō perfecte maturis: ſicut patet per Aui. ſecundo canone capitulo de oleo. modo hoc oleū ipſum aliqua caliditate participat: licet modica. vnde eſt mitigatiuū doloris: ꝛ cum hoc etiā mollificatiuū eſt abſq; hoc ꝙ humectat ſubſtantiam nerui: quia ipſum ſiccitate aliqua participat et ſtipticitate. et ideo dixit Auicen. quoniā in ipſo eſt ſtipticitas. quaſi per hoc Auicen. volens innuere ꝙ participat aliqua ſtipticitate non ſic humectat: quoniam humectatio eſt contraria ſubſtantie nerui. Iterum etiā ſtipticitas adiuuat in q̄ntum ſm aliquid prohibet fluxum humorū ad locum. Intelligē tamen ꝙ nimia ſtipticitas eſſet mala ꝓpter conſtrictionem quam facit in poris. ꝛ ideo dicit in fine Auicen. ꝙ ſedes doloꝛem ipſorū cum aliquo ſubtiliū partium in quo non ſit ſtipticitas: aut ſaltem ꝙ non ſuperfluat. ¶Secundo intellige ꝙ oleum quod adminiſtratur non debet eſſe nimis debilis caliditatis: quoniā hoc non eſſet ſufficiens. Unde licet Auicenna dicat oleum onfacinum: non intelligas ꝙ hoc oleum onfacinū fiat ex oliuis multum acerbis: quoniam eſſet nimis ponticum ꝛ frigidum: ſed intelligas ꝙ fiat ex oliuis vicinis maturitati. ideo Galen⁹ ſexto de ingenio ſanitatis dixit. Sed locus ex oleo fomentetur mōſtrans ꝙ oleum frigidum corporis poros opilat et calidum diſſoluit ꝛ aperit. fugiendum eſt oleum ponticum: quia illaudabile eſt. ¶Tertio intellige ꝙ oleum qō adminiſtratur ſiquidem adminiſtratur ꝓcipaliter gratia ſedandi doloꝛem: tunc non debet eſſe nimis calidum neq; vetus. hoc enim magis ſedatiuum doloris exiſtit. Si autem non ſolum gratia huius adminiſtratur: ſed etiam gratia diſſolnendi ꝛ aperiendi: ſic dicimus ꝙ in puncturā tunc amplioris debet eſſe caliditatis ꝛ vetuſtatis. ꝛ hoc eſt quod Galenus dicit etiam ibi. bonum eſt autem vt ſit duorum vel trium annorum: eo ꝙ magis q̄z recens diſſolutiuum eſt. vnde quanto vetuſtius tanto diſſolubil⁹ erit. doloꝛem tamen nō adeo mitigabit. ¶Et de illis que adminiſtrantur ſunt emplaſtra ꝛc. intelligē ꝙ iſta emplaſtra vt dictum eſt maxime conueniunt quando cōuenit remotio apoſtematis contingentis plus ex aggregatione retētē humiditatis in neruo abſq; magno doloꝛe ſicut eſt in punctura: aut aliquādo ſicut eſt in fiſſura manifeſte in qua neruus eſſet repletus humiditate. ꝓpter quam etiam videtur tendere in putrefactionem. tunc enim maxime illa conueniunt. Quecunq; alia que dicit manifeſta ſunt ex predictis.

¶Deinde cum dicit:

¶Et non ſedes doloꝛem eorum cum aqua calida omnino imo cum oleo ſubtilium partium in quo non eſt ſtipticitas calida vſq; ad terminum non ſuperfluū: calidum enim ſuperfluē ꝛ frigidum non conueniunt ei.

¶In parte iſta Auicenna oſtendit qualia ſunt medicamina que non conueniunt ad ſedatiōnem doloris eorū: quia enim dixerat ꝙ debentur ea que calefaciunt ꝛ mollium: vult oſtendere qualia mollitiua cōueniunt. non enim cōueniunt mollitiua pure humectantia ſicut eſt aqua calida: quoniam illa putrefacereut ſubſtantiam nerui: ſed debent eſſe mollitiua que ad ſiccuatem vel humiduatem tēperatam declinent: ſicut eſt oleum calidum ſubtiliū partiū: ꝛ in quo tamen nō ſit ſuperfiua ſiccitas. Deide cū dic̄:

¶Et multotiens quidē contingit ꝙ vulnus iam appropinquat ſanitati et nocet ei frigus et fit vehemens doloꝛ ꝛ redit leſio: quare fit neceſſarium vt ſuccurratur ſtatim cum ſedatione et cum oleis calefactis embrocando cum eis.

¶Id quod dixerat demonſtrat ex eo quod experientia videtur contingere. Dixerat enim qualiter omnia medicamina debent neruis ſub actu caliditatis approximari: et ꝙ vehementer caueantur a frigido: ꝛ ideo oſtendit qualiter frigidum nocet neruis: ꝛ quomodo id nocumentuꝫ remouetur per ea que calefaciunt. Et manifeſtum eſt id quod dicit ex predictis.

¶Qō ſi neruus ille fuerit diſcoopertus et fuerit inciſio in longitudine: tunc ſtude vt cooperias ipſum caruc et pone ſup ipſum medicinas pungitiuas quas dixi mus. Et ſtringe ipſum cum pannis longis ſtrictura colligente ꝛ aggregāte ſemper rem magnam loci ſani.

¶Cum docuit Aui. modū curatiōis vulnerū neruoꝝ i ꝑgenerali: ꝛ oſtendit i ſpiali q̄lis vtuti debēt eē medicamia neruoꝝ: i pte iſta docet Aui. modū curatiōis vulneꝝ neruoꝝ i ſpāli ſm diuerſitatē vulneꝝ q̄ fiūt i eis. ſm em̄ ꝙ ē diuerſa cauſa ꝛ eſt aptum accidere apoſtema et ſpaſmus i vno modo vulneris: ſm hoc diuerſificatur curatio. ꝛ ēt ſm ꝙ

in vno modo vulneris est maior suspitio z in alio minor: ꝑm etiam hoc diuersificatur modus curationis. z sic procedit. quia in prima parte facit quod dictū est. secūdo ponit quosdā canones qui obseruari debent in administratione medicaminis taliū vulnerū. secunda ibi. Et oportet vt obserues. ¶Prima in tres. ¶Primo ponit curam vulneri facti in neruo qō est aperta fissura ꝑm longitudinē. secundo ponit curā vulneris facti in neruo qō est aperta fissura ꝑm latitudinem. tertio ponit curam vulneris quod est punctura. secunda ibi: Si autem disrumpatur in latitudine. tertia ibi: Cum ergo est in eo strictura zc. ¶Circa primam partē intellige q̄ iste modus curationis quē ponit: debet intelligi fieri quādo. s. sumus securi ne accidat apostema: z quādo etiam sedata est doloris vehemētia. tamē quia in vulnere isto nō est multa suspitio propterea: quia in tali vulnere nō accidit multa lesio in neruis: sicut dcm̄ est prius: iccirco Auicen. solum expressit modum curationis qui debetur vulneri ratione vulneris vt est factum in neruo. Secundo intelligit cum dicit: Et pone sup ipsum medicinas pungitiuas quas diximus: q̄ hoc non debet intelligi sicut sonat superficies verboꝝ: quia dictum ē prius q̄ debet caueri medicamen pungitiuū z mordificatiuum in vulnere neruoꝝ: z precipue quando neruꝰ discoopertus est. sed expone q̄ aut per medicinas pungitiuas ipe intelligit medicinas exiccatiuas vehementer: qm̄ tales medicine competūt in vulnere nerui respectu vulneris facti in mēbro carnoso: quia neruus est ficcior multo plus q̄z caro. Aut intelligit q̄ administrent medicine pungitiue nō sole: sed cōmixte cū eo quod remouet mordicationem ipārum z reducit eas ad temperamētū sicut est oleum. sicut supra dictū est ꝓmo cap̄. Et constringe ipsum zc. ¶Hoc enim est dicere: stringe hoc vulnus cum ligamento quod reuoluatur super magnā partē loci sani. Quō autē ista ligatura fiat que fit ad incarnationē: dictū est supra in capitulo de cura vlceꝝ. z etiam in capitulo de qualitate ligandi vulnera: vnde hic non est necesse repetere. ¶Deinde cum dicit:

¶Si aūt disrūpat in latitudine tunc necessarium est suere ipsū z nō cōglutinat.

¶In ista parte ponit curā vulneris quod est aperta fissura facti in neruo per latū. Et duo facit. ¶Primo ponit modum curationis illius quod fit in neruo per latum exquo in toto neruus inciditur. secūdo ponit modū curationis per latum in quo neruus ex toto non inciditur. secunda ibi: Et quando properat res. ¶Circa primā partē intellige q̄ iste modus curationis quē ponit per suitionem vulneris est conueniens vulneri in quo ex toto incidit neruus. Dicit enī Galie. sexto de inge. sani. et dictū est prius q̄ si neruus sit ex toto incisus z sepatus: eger nullaz suspitionē z timorem habebit. Et ꝓpterea curabitur illud vulnus sicut curantur alia vulnera simplicia per incarnationē z suitionē: membrū tn̄ qō motū recipiebat ab illo neruo ipm̄ pdit. z ibi glosa dictū Aui. Si aūt neruus disrūpat in latitudine supple ex toto: tūc necessariū est suere ipm̄: nō intelligo neruū: q̄ neruus nō suitur: quia nō est vnibilis per suitionē sicut caro: pp modū subē quā hz. Sed expone necessariū est ipm̄ suere. i. tale vulnus: z si non suple suitur: nō conglutinat. i. nō incarnat hoc vulnus. nō enī in tali vulnere ꝓpter multā sepationē partiū z distantiā que fit in ipo qñ inciditur neruꝰ ex toto ꝓpter multam cōtractionē partiū nerui que cōtrahūtur est possibile fieri incarnationē solū cū mō ligature: sed oꝝ suere vt ptes idemet melius possint cōduci z seruent cōducte. z ibi si nō fiat suitio nō cōglutinatur: sed transibit in vlcus qō postea distabit tpe lōgioꝝ ad cōsolidationē. Vel pōt exponi. q̄ si non fiat hoc nō cōglutinat. s. neruus incisus: quasi p hoc velit dicere q̄ tale vulnus debet sui: qm̄ p suitionē ptes nerui inciſi melius adinuicē vniūtur. vñ in corpib⁹ in quib⁹ potest restaurari vera solo cōtinuitatis in neruis p suitionem talis vulneris poterūt partes nerui vniri. Si aūt non fiat suitio: q̄ ptes iste multū abinuicē distant pp cōtractionem ipsaꝝ nō vniētur adinuicē. z isto mō legēdo nō haberet hoc locū nisi in quibusdā corpibus puerilib⁹ exūtib⁹ in etate puerili: sicut supra dictū fuit in capitulo de vulneribus. nā z in alijs corpib⁹ z si suatur hoc vulnꝰ: tn̄ solo cōtinuitatis in neruo nō vere restauratur. ¶Deide cū dic:

¶Et si qñ ꝓperat res et times putrefactionē succurre q̄ztū tibi ē possibile. Qō si apostemet z adueniat frigus: pueniet ei spasmus: et putrefactio cōtrahit membrū: quapter nō oꝝ vt incarnet caput vulneris: neq̄ colligatur nisi post sanitatē.

¶Ponit Aui. modū curatiōis vulneris qō fit p latū qñ nō ex toto neruꝰ inciditur. z dicit. Et qñ ꝓpat res zc. i. q̄ qñ vulnꝰ ē tale q̄ ad ipm̄ puenatur euēt⁹ rei. i. apatis z repletionis multe in neruo pp vehemētē dolorē: z ex ꝫ etiam timetur ne accidat putrefactio in neruo pp hūiditatē attractuā replentē neruū. z ꝫ gdē timet: sicut. ē. appuit in vulnere nerui qō fit p latū qñ nō ex toto incidit neruꝰ succurre q̄ztum possibile ē. i. tūc intēde prius ad ea que phibent aduēt⁹ istoꝝ: z sic in tali vulnere nō oꝝ ꝓcedere statim cū his que incarnāt z adtuuāt ptes vulneris: sed ꝑius oꝝ phibere aduēt⁹ istoꝝ vel remouere ipa si incipiūt appere. q̄ ꝓ q̄: q̄ si apāt. s. tale vulnꝰ: z aduenat ei frigꝰ z putrefactio cōtrahit mēbrū: z pdit motū suū: q̄ qñ aduenūt sibi illa: aut ex toto sperāt sicut si putrefiat: aut necriū est nos ex toto incidē vt phibeam⁹ aduētū spasmi: sic dcm̄ fuit ꝓ⁹ in cap̄. alio. hec aūt ē cā q̄re remanet mēbrū cōtractū sine motu. z ꝺ subdit Aui. Quapter nō oꝝ vt incarnet zc. ni si post sanitatē. i. nisi postq̄z locꝰ sanꝰ ē totꝰ ab illis accūtib⁹ que suspectioza sūt q̄z fit ipm̄ vulnꝰ. ¶Deinde cum dicit.

¶Cum ergo est in eo strictura ampliet: quoniā illud perducit ad putrefactionē vulnerū per illud quod aggregatur ī eis de viris et alijs: et cum hoc dolor sit vehemens: quare nō oportet vt incarnetur oīno nisi postq̄z exiccatur exiccatione decenti: z securitas fit ex omni apostemate z putrefactione. Et ꝓpter illud oportet vt soluatur strictura super medicamē et medicamen vt festinet ex alio. Et fortasse soluitur in die: aut in nocte bis: aut ter. Et fortasse est necessariū vt facias illud iterū in nocte illius diei: aut die illi⁹ noctis si fuerit in longitudine: et ꝓprie quando illic est mordicatio. Qō si nō fuerit tunc necessitas illius erit minor: et sufficiet bis facere illud mane et vespe.

¶In parte ista Aui. ponit curā vulneris siue modū curationis que debetur vulneri quod est punctura. et patet qō dicit. Et ꝓpter illud. s. vt strictura super medicamen: et medicamen. i. vt reiteratio fiat ligature: z remoueat medicamen: sicut patet per ea que dicit. Et ꝓpue quādo est illic mordicatio. i. quādo sentitur post medicamen appo

fitum mordicatio. hec enī mordicatio est propter saniem aggregatam circa orificiū quā medicamen attraxit: vnde ne sanies ibi remaneat oportet deficcare ⁊ abstergere sanem: ⁊ deinde apponere medicamen. Et ex hoc habet manifeste qꝫ aggregatio sanei facit necessitatē vt medicamen in die sepius renouet super vlcus. ¶ Deinde cū dic.

¶ Et oportet vt obserues ī medicinis eorum ne calefaciant vltra q̄ sit necesse neqꝫ abbreuietur in calefactione necessaria et similiter in absterſione ⁊ exiccatione ⁊ in contrario vtriusqꝫ. Cum ergo viderꝫ quod iam calefactū est: tunc infrigida ipsum. s. membrū cum mensura que minuat additionē ab eo quod est necessarium.

Et quandoqꝫ experiunt cerata facta cuꝫ euforbio super cruꝫ hominis sani similis īfirmo in cōplexione sua et ipsius forma et considerat an supfluant in calefactiōe eius: an non calefaciant ipsum in aliquo de quo sit curandū: aut calefaciant ipsuꝫ calefactione tēperata: et tūc fm illā quantitatem postea administrant super infirmum: et experiunt super ipsum secundo verū vt experiātur super alium de illis q similantur ei in primis est melius vt non sit necessaria in experientia eorum super ipsum alteratio plurima.

¶ In parte ista ponit quosdā canones obseruandos in administratione medicaminū in vulneribus neruoꝝ. ⁊ duo facit. Primo ponit quosdam canones speciales circa administrationē medicinarū que specialiter administrant in punctura: ⁊ circa administrationē etiam medicaminū que administrant in aperta fissura. secūdo ponit canones generalē in omni vulnere neruoꝝ circa administratiōes cuiusdā medicaminis specialis. secunda ibi: Et de eo qō rectum est. Prima in duas. Primo ponit quendā canonē circa administrationē medicaminū que ponunt in punctura. Secūdo ponit quosdā can. circa administrationes medicaminū que ponuntur in manifesta fissura. secunda ibi. Et cum hoc toto. Prima in duas. primo ponit canoq̄ obseruare oportet in virtutibus medicaminis qō ponitur in punctura. ⁊ docet corrigere peccatuꝫ quod aliqñ contingit ex approximatione medicaminis circa hoc. Secundo circa hoc exponit experientiā quandā per quam docet cognoscere conuenientiā. ⁊ inconuenientia talis medicaminis qō approximatur. secunda ibi: Et quādoqꝫ experiunt cerota ⁊c: Que dicit in his partib⁹ manifesta sūt. Non enī est nostrū ppositum verba que per se possunt intelligi exponere. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et cum hoc toto cum neruus est viscoopertus et vulnus amplū valde non suffert aliquid valde calidū sicut euforbiuꝫ et sulphur et eis similia: īmo indiget medicamine quod est sicut tutia: et iterū medicamine facto ex calce abluta ablutione vltima in hora vna. Et oportet vt sit oleum quod administrat in ceratis eius et eius linimentis sicut oleū rosa. et myrtinum quod nō tetigit sal: et glutinum iterum quando administratur in istis medicinis oportet vt sit ablutum. et mel iterū oportet vt sit ablutum: et tutia oportet vt sit abluta: et nō oportet oīno vt sit in eis de acuitate et mordicatione. Et si fuerit in eis stipticitas parua in curatione viscooperti: licet cū virtute resoluente sine mordicatione et proprie quando infirmus est debilis complexionis.

¶ In parte ista ponit cañ. qui obseruari debet circa administrationē medicaminū in vulneribus neruoꝝ que sunt aperte fissure. ⁊ tria facit. Primo ponit cañ. circa ea que eis cōueniunt ratione vulneꝝ vnde vulnera sunt neruoꝝ Secūdo ponit cañ. quem ex dictis infert circa ea que eis conueniunt. Tertio ostendit quales sunt medicine ad q̄s possumus transcēdere quādo in eis queritur fortis ⁊ vehemens exiccatio: aut vehemens ⁊ fortis absterſio. secūda ibi: ¶ Dembra itaqꝫ digniora. tertia ibi. Q. si fuerit illic virtus aliqua. In prima parte intentio Aui. in genere nō est aliud dicere nisi qꝫ medicina que conuenit vulneribꝰ viscoopertis debet esse deficcatiua fortiter absq; mordicatione et cum aliquali abstersione. ⁊ quia vehementer calida sicut euforbium mordicant: iccirco talia eis nō conueniunt. ⁊ quia etiam maxime debent esse remota a mordicatione: iccirco bonū est vt medicamina que in eis administrantur fint abluta: quoniā per ablutionē remouet ab eis pars acuta in qua existit mordicatio. ¶ Caue tamē circa hoc vt ea que abluuntur bene exiccentur ad solem vt nō remaneat cum eis aquositas: quoniā ipsa est vehementer neruis nocitiua: sicut dictum est prius. Et propterea quia sic timetur de nocumēto aque. hinc est etiam qꝫ aliquando abluimus cum aqua maris: aut cum lixiuio: quoniam non sunt putrefactiua: neq; sic neruis nocitiua. Oleū autē quod administratur in cerotis florum nō debet esse caliditatis quasi alicuius: sed plus debet declinare ad ficcitatem cum aliquali stipticitate: ita tamen vt nō phibeatur resolutio a medicamine. Et propterea oleum bonum ad hoc est oleū roseum ⁊ myrtinū oleum sine sale: quoniā sal nō est cōueniens cum mordicet. Dixit autē signāter de oleo ro. quod administratur in cerotis: quia de oleo quod administratur gratia sedandi dolorez: hoc verum nō esset: immo oportet qꝫ tale oleum sit calidum mollitiuum: vt dictū est supra. sed tale oleum nō administratur intus in vulnere: sed circa partes circūstantes. sedato autē dolore debent administrari medicamina exiccatiua modica caliditate participantia. ⁊ propterea oleū quod administrat: tunc nō administratur nisi gratia vt misceatur cum alijs medicinis vt fiant vnguenta ⁊ cerota. hoc aūt melius est qō ficcitate aliqua ⁊ stipticitate participet: sicut est oleū roseū ⁊ myrtinū. ¶ Deinde cū dic.

¶ Dembra itaqꝫ digniora elongari a frigido et aquositate et ventositate vl vnctuositate et eis similib⁹ sunt cuꝫ sunt viscooperta: non enī est eoꝝ nocumentum in viscooperto cui obuiat et quod ledūt

ficut est eorum nocumentū in eo cui non obuiat nisi parū et nō obuiat nisi ei quod continet ipsum et ipsum sequitur: et si nō fuerit excusatio tunc ſm q̄ diximus.

¶In parte ista Aui. ponit alium canonē circa ea que eis non cōueniunt: ꝛ iste canon ex dictis infertur. ¶Manifestum est enim q̄ ea que sunt nocitiua neruis plus nocent quādo ad ipos immediate perueniunt ꝛ eos contangūt q̄ quādo non perueniunt ad ipos immediate. nunc autē quādo nerui sunt discooperti hoc eis accidit citius: non autē sic quādo non sunt discooperti. quare ꝛc. hoc est qđ vult dicere Auicēna. Et subdit. Et si non fuerit excusatio non refertur hoc ad frigidā aquosa: sed refertur hoc ad vnctuosa sicut ad oleum: vnde expone. Et si non fuerit excusatio: supple ad administrandū oleum. s. propter dolorem aut propter subtiliare medicinas: tunc ſm q̄ diximꝰ supple administretur: quia cum administret in circuitu membri vulnerati quādo administratur gratia sedatiōis doloris: aut administratur permixtum cum eis que resistunt qualitati humectanti quādo administrantur gra alterius intētōis: sicut dictū fuit i pmo cap̄. ¶Deide cū dic.

¶Qđ si fuerit illic virtus aliqua in creatione tunc nō erit malum si administres trociscos de colcotar: et trociscos andronij et prassium cum vino cocto: aut cum oleo: in hyeme quidem cum oleo subtili: sed in estate cum oleo ro. et thus et glutinum albotin et albezard cum quantitate minore q̄ de medicinis discooperti.

¶In parte ista Aui. ostendit ad quas medicinas liceat transcendere quādo querimus multā exiccationē aut abstersionem. ꝛ dicit. Qđ si fuerit illic virtus aliqua in curatione: hoc est dicere: si in modo curationis nostre fuerit necessaria virtus. i. fuerit necessaria fortior virtus: vt quia sit necessariū fortiter exiccare: vt propterea: quia vulnus est in membro siccō: ꝛ in corpore siccō: ꝛ cum hoc sūt ibi humiditates multe: aut necessariū sit fortiter abstergere. propter eandē etiā causam non est malum ꝛc. q. d. tunc si queris exiccationē vehementē potes peruenire ad administrandū trociscos de colcotar qui sunt trocisci quasi similati in virtute emplastri quod dicitur dyapalma trociscos andaron. Si autem queris vehementē abstersionē potes administrare prassium coctum cum vino aut cum oleo: vt oleo oliue in hyeme: ꝛ oleo ro. in estate: quia propter caliditatē aeris indicatur vt nō sic oleū calidū administretur. aut potes administrare thus ꝛ glutinū albotin idest terbentinā: ꝛ albezedar. i. galbanum cum quantitate minori q̄ de medicinis discooperti. q. d. administrētur illa in minori quātitate q̄ alie medicine que dicte sunt cōpetere vulneribus neruī discooperti. ꝛ hoc ideo: quia vt dictum est nerui cum sint discooperti non sic sufferūt medicamina fortia: ꝛ ideo si peruenim⁹ ad aliqua administrādum que sint aliquantulū fortia debent administrari in modica quantitate vt non accidat ex eis mordicatio et lesio in neruo. illud vult dicere Aui. in hac parte lz obscure loquatur: ¶Deinde cum dicit:

¶Et de eo quod rectū ē qualiacūq̄ sint vulnera est vt ponat sup medicamē methabazalenis infusus in oleo.

¶In parte ista Auicen. ponit quendā canonē generalem q̄tum ad administrationē alicuius medicaminis quod competit in vulneribus neruorū omnibus. Causa autem quare ullius medicaminis conuenientia est in quolibet vulnere siue sit pūctura siue fissura est: quia saltem in pncipio bonum est intendere in quolibet ad mitigationem doloris: propterea quia vulnera neruorum qualiacunq̄ sint est aptus consequi dolor vehemens. Nunc autem hoc medicamen ipsum est mitigatiuū doloris cum sit medicina calefaciens temperate ꝛ mollitiuū aliquantulum: talia autē sunt mitigatiua doloris sicut habitū est prius: propter quod illud medicamē in pncipio administrare ē cōueniens in quocunq̄ vulnere: quodcūq̄ fit illud medicamen. ¶Methabazalon idest lane sucide vel lana ysopi quod idem est. ¶Deinde cum dicit:

¶Et sicut neruus discoopertus est digni or aliis neruis vt alleuiatio fiat in eo: similiter ligamenta que nascuntur inter ossa sunt figurarū dignioꝝ vt operetur super ea cum medicamine forti. Ligamēta autem que continuantur cum lacertis sunt inter vtraſq̄ res.

¶In parte ista Aui. cum posuit modū curationis vulnerū neruoꝝ cōprehendendo sub neruis chordas comparat modum curationis vulneꝝ neruoꝝ ad vulnera ligamentorum: ꝛ cum hoc ostendit quis ē modus curationis vulnerum que in illis accidūt. et patet quod dicit ex his que dicta sunt prius. Ligamenta autē que continuātur lacertis sunt omnino inter vtraſq̄ res. i. inter vulnera neruorum et inter vulnera ligamentoꝝ que coniungunt ossa adinuicem: ꝛ sic etiam modus medicaminis eoꝝ est medius. et totum hoc quod dicitur hic manifestum est ex his que dicta fuerūt circa finē pmi capli. ¶Deinde cum dicit:

¶Et de vulneribus a quibus necesse est magis elōgare aquā est vulnus nerui: et similiter frigus q̄uis minoreſ: tamen est de rebus nocibilioribus ei: et oleū iterū nocet: et nō est nisi apud sedationē doloris calidū. Et nō oportet vt abluat vulnus neq̄ cum aqua neq̄ cū oleo: immo sollicitus sis vt abstergas humiditatem cum pānis: aut lana i fine lenitatis: neq̄ etiā cum vino cocto nisi sis securus a nocumento humiditatis eius. Et quando exigit aliqua egritudinū vt super ipsam ponatur et ppie sup illud quod ē discooperтum oleum: tunc oportet vt transeat super ipsum in primis vinum coctū deinde oleum. Inquit Gal. Accidit cuidam homini punctura cum ferro minuti capitis et disrupta est cutis et continuata est quibusdam neruis manus eius. medicꝰ ergo posuit emplastrū quod iam expertus fuerat in incarnatione vulnerū magnoꝝ in carne: quare apostematus est locus. Et postq̄ apostematus fuit posuit

desuper medicinas mollificãtes sicut emplastꝝ de farina tritici ⁊ aqua ⁊ oleo: q̃re putrefacta ẽ manus hois ⁊ mortuus est.

¶ In parte ista Aut. ostẽdit qualia medicamina conueniunt in vulneribus neruoꝝ. ⁊ ostendit ex dictis qualia maxime in eis debent caueri. ⁊ totum hoc manifestũ est ex dictis prius. et p̃mo facit hoc. secũdo idem quod dixerat affirmat per quedã experimenta Galie. secunda ibi: Jngt Gal. ⁊c. Q̃ dicit in oĩb⁹ ptib⁹ patet. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et quãdo accidit spasmus ex vlceribꝰ in eis tunc de eo quod necessariũ est si iã stricta fuerit fissura cutis est vt aperiatur et administrent medicine cõferentes illis vlceribus exiccãtes ea subtiles valde. Et vt sit sollicitudo in hoc vt perueniat ad pfundũ. Et quãdo est vulneris disruptio et punctura et nõ est apostema: tunc curatio est curatio localis. Et oportet vt sit fortioris caliditatis ⁊ fortioris exiccationis q̃ illud quod administrat sup scissuram: quoniam illud penetrat ad egritudinem facilius.

¶ In parte ista componit modũ curationis vulnerũ neruorum per quem docuit prohibere ne eis superueniãt accidentia molesta sicut spasmus ⁊ apostema. ponit modũ curationis per quem docet remouere ista cuꝫ accidunt. ⁊ duo facit hic. quia primo facit hoc. secundo ostendit quid fiendum cum accidit apostema. secunda ibi: Et cũ dolor facit accidere ⁊c. In prima parte quia spasmus maxime accidit ex retẽtione humiditatis in neruo que non potest respirare ad extra: ⁊ hoc maxime accidit in punctura. iccirco Aut. hunc modũ curationis spasmi applicat ad pũcturam. Primo ergo dat modum cõuenientẽ curationis huius q̃tum ad localia q̃e debent administrari in ipsa. secundo q̃tum ad modũ diete quẽ obseruare oportet. secunda ibi: Et oportet vt sit ⁊c. Quod in prima parte dicit notum est ex p̃dictis: Dicit ergo. Et quando accidit spasmus ⁊c. quoniã vulnus est disruptio ⁊ punctura. i. est disruptio que est punctura. Et nõ est apostema: tunc curatõ est cura localis quia tunc solũ oportet intendere ad ea que cõueniunt vulneri vnde vulnus est nerui. nec oportet aliam intentionẽ habere que respiciat accidentia vulneris. hoc vult dicere. Reliquum q̃ dicit planũ est. Tũc cũ dic̃

¶ Et oportet vt sit regimen vulnerati in neruis subtile ⁊ vt sit in vltio subtiliatõis.

¶ Ostendit qualis modus diete conuenit quando supuenit vulneri accidens molestum quod est spasmus. debet enim esse regimẽ subtile in vltimo subtiliationis: quoniã tale accidens facit egritudinẽ peracutã materialẽ in qua competit dieta vltima tenuis: sicut ostẽsum est in p̃mo regiminis acutoꝝ in p̃ma particula affor. Et intellige q̃ talis modus dietationis nõ solum obseruari debet quãdo superuenit accidens molestum: verumetiã debet obseruari ne adueniat. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et cum dolor facit accidere apostema tunc necessariũ est dare cibum: ⁊ proprie quãdo vulnera sunt in latitudine: nã necessaria est flebotomia vene sine sollicitudine et sine timore sincopis. verbi gratia et oportet vt sit stratus eius humidus. Et obseruet mẽbra ꝓpinqua vulneribꝰ cuꝫ inunctione: et similr caput eius ⁊ collũ ⁊ subascellas ipius cum inunctione si fuerit vulnus in supioribus: ⁊ similr pectinẽ et inguina et ꝓprie si fuerit vulnus in inferioribus et partibus cruris.

¶ Ostendit modum qui cõuenit quando superuenit apostema: ⁊ omnia que dicit sunt nota ex predictis si ipa bene consideres. non etiã est vtile idem multotiens reiterare. Sed id verbum quod dicit in principio: ⁊ quando dolor facit accidere apostema: tunc necessarium est dare cibuꝫ scz talem quẽ diximus: vtputa qui sit vltime tenuis: quoniam et in hoc conuenit etiam dicta que est vltime tenuis aut propinqua sit illi donec apostema sedetur. vnde non intelligit q̃ sit necessarium dare cibum sicut videtur ira sonare: sed expone vt iam dictum est.

¶ Medicine vulneꝝ neruoꝝ ⁊ vlceꝝ ipsoꝝ. Cap. iij.

§ Lutinũ albotin est de melioribus medicinis vulneꝝ neruoꝝ: verũ illis qui sunt sicut infantes et mulieres ⁊ cuius complexio est vehemẽtis humiditatis sufficit quod est sicut glutinum albotin solũ puluerizatũ cum pauco oleo quod ipm leniat ⁊ viscosum faciat si fuerit siccũ et resina loco eius. Jn illo autem cuius complexio est siccior ⁊ caro durior oportet vt misceat cũ eo euforbiũ: et quod est ei simile aut vetus aut recẽs aut parũ aut multũ ꝼm cõplexionẽ corporis et eius calefactionẽ. Et sit summa eius q̃ dat̃ de forti recẽti. xij. ps kerat: aut de glutino albotin: aut ei simili sit tertia ps kerat: aut eius cum quo miscetur. Et q̃ q̃ admisceꝫ ei preter euforbiũ de lacte titimali q̃n ẽ mirabile: ⁊ de assa ⁊ de serapino ⁊ de oppoponaco: ⁊ q̃ ẽ debilis. s. baurach ⁊ spuma eius: ⁊ sulphur calefactum cum oleo ꝼm quãtitatem sorditiei balnei ⁊ flos lapidis assus et omne attractiuum humiditatum ad exteriora et dragantũ iterum ⁊ cinis purgationis eris et cõglutinatio auri: ⁊ fortasse nõ reperitur in principijs vulnerũ neruorum nisi fermentum et administrat̃ et confert eis et attrahit ex profundo attractione bona: ⁊ multotiens sumat̃ cum sorditie vasorum apum cum nõ est presens euforbiuꝫ: aut farina lolij cum aqua cineris emplastra/

ta:et administratio glutini albotin ē me/lioꝛ res cum qua incipitur: et poſt ipſum ſicut emplaſtrum baſilicon confoꝛtatum cum eo cum quo oporꝛtet vt confoꝛtetur de illis que dicta ſunt:ꝛ forꝛtaſſe permiſce tur cum ceratis et calefacit ea. et oporꝛtet vt ſit ablutum:et quod eo melius eſt:ꝛ il lud quod eſt ablutum cuꝫ aqua maris in ſole calido:et q̄ꝫto plus abluitur fit ma gis inuatiuū. Et de medicinis bonis eſt medicamen. Salie. compoſitum ex cera ꝛ euforbio ꝛ pice et oleo groſſo:et de vno quoq; ſit pars media et de oleo ps vna: et oleum balſami cum ſubtilitate ſua nō eſt multe calefactionis:dico propter ve/locitatem ſue reſolutionis. Et cum vul/nera fuerint gauziratum:aut punctura ꝛ non aſſociatur eis apoſtema neqꝫ putre/factio:tunc oporꝛtet vt adminiſtretur em/plaſtrum cum euforbio: aut ſimo colum bino:ponatur in coꝛpoꝛe ſubtiliore euforꝛ bium et in ſpiſſioꝛe ſimus columbinus: et adde et minue ſm q̄ vides de diſpoſi/tione coꝛpoꝛis et eius forma:et dilata ſi ſunt ſtricta. Et ſcias q̄ medicamē quod neceſſarium eſt in gauzi neceſſariū eſt vt ſit forꝛtius eo qō eſt neceſſarium in ſciſſio ne. Et cum accidit in vulneribus putre/factio tunc ſerapinum eſt bonum et fari/na herbi. verum cum accidūt apoſtema/ta tunc farina oꝛdei et farina fabarum et farina herbi iterum que iam decocte ſūt cum aqua cineris:aut aqua pura in qua ſit virtus ſerapini. Et cum vides vulne/ra ad ſanitatē peruenire non timeas tunc adminiſtrare deſuper vinuꝫ coctū: oporꝛ tet ergo vt adminiſtres medicinas infuſas in eo:deinde calefac ipſum et accipe ipm cū pannis infuſis ꝛ ſtringe deſup.

¶ Primus Auicen. poſuit modū curationis vulnerum neruoꝝ.in parte iſta in ſpeciali ponit medicamina ſimplicia et compoſita que ſunt conuenientia eis ſm predictas intentiones. Et diuiditur pars illa in duas. In prima pte ponit medicamina que ſunt cōuenientia vulneribus neruoꝝ et ratione vulnerum ꝛ ratione accidentium ꝛ conſequentiū vulnera. In ſecunda parte narrat in ſpeci ali quaſdam medicinas ſm dicta Galieni que adminiſtrantur in his vulneribus ratione accidentium ſuperue nientium eis.ſecunda ibi: Jam ſcitur ex eis que premiſi mus ⁊c. Prima pars diuiditur in duas. Primo narrat medicamina que ſunt cōuenientia eis dum ſunt in ſuſpe/ctione.ſecundo narrat medicamina que conueniunt eis dum procedunt in viam ſanationis.ſecunda ibi: Et cum vides vulnera ad ſanitatem ⁊c. Prima in duas. Primo narrat medicamina que conueniūt vulneribus ratione ipoꝛ vulnerū. Secundo narrat medicamina que conue niunt vulneribus cum in eis iam ſuperueniunt acciden tia vtputa putrefactio aut apoſtema: ꝛ precipue quando illa contingunt ex retentione humiditatis in neruo vul/nerato. Secunda ibi: Et cum accidit vulneribus putre/factio. Prima in duas. Primo ipe narrat medicamina di uerſa conuenientia vulneribus neruoꝝ ſm diuerſita/tem coꝛpoꝝ ꝛ ſm diuerſitatem vulnerum. In ſecunda parte in generali docet diſtinguere inter medicamina q̄ conueniunt in punctura:ꝛ medicamina que conueniunt in aperta fiſſura:vt per hoc ſciamus q̄ medicamē quod ponit eſt cōueniens in punctura: ꝛ q̄ eſt conueniens in fi xura.ſecūda ibi: Et ſcias q̄ medicamen quod neceſſariū eſt. Prima pars poſſet diuidi in tot partes quot ſunt me/dicamina que ponit.et patent. Et ſi bene conſideraſti ea que dicta ſunt in precedenti capitulo: ꝛ iſta que dicit hic manifeſta ſunt q̄ꝫtum ad intentiōnem principalē. ꝛ etiam ſi bene conſideraſti ea que ſunt dicta tu ſcies diſtinguere quod medicamen eſt conueniens in punctura:ꝛ quod eſt conueniens in fiſſura:ꝛ propterea q̄ꝫtum ad hoc nō oporꝛ tet inſiſtere:ſed ſolum ſunt quedam exponēda. Glutinuꝫ albotim ideſt terbentina eſt de melioribus medicinis vul nerum neruoꝝ:propterea quia in ſe aggregat oēs con/ditiones predictas.prius eſt enim calida nō multe calidi tatis ſicca ꝛ attractiua ꝛ ſubtilis ſubſtantie.et propterea ē quaſi ſicut medicamen cōmune ad omnia vulnera neruo rum ſiue ſit vulnus quod dicitur punctura ſiue ſit aperta fiſſura. verū quia in punctura requiritur forꝛte medicamē in fiſſura non ſic. Etiā quia medicamen in vno coꝛpoꝛe re quiritur forꝛtioris exiccationis ꝛ caliditatis forꝛtioris q̄ꝫ in altero coꝛpoꝛe. hinc eſt q̄ ipa permiſcetur cum alijs me/dicinis denſis que ipam reddunt forꝛtioris virtutis. neqꝫ adminiſtratio eius ſolus ſufficit ſemper:ſed in quibuſdā coꝛpoꝛibus in quibus nō forꝛti indigemus exiccatione et attractione:ſicut ſunt coꝛpoꝛa mulierꝛia ꝛ infantū:ꝛ coꝛ/poꝛa mollia ſufficit adminiſtratio eius ſoli⁹. in alijs oporꝛ tet ei admiſcere alia medicamina:vt poſtea ponit. Pul/uerizatum ⁊c. illud verbū dupliciter poteſt exponi: vno modo ſic:ꝛ conſtruatur ſic:tamē retinū puluerizatū ideſt mixtum cum pauco oleo quod ipm lenat ꝛ viſcoſum faci at:ſi fuerit ſiccum.ſ. coꝛpus eſt in loco eius quaſi per hoc vult dicere q̄ in coꝛpoꝛe aliquantulū ficcioꝛi adminiſtra tur reſina:quia ſicut glutinū albotim ſolum conuenit in coꝛpoꝛe humido:ꝛ ita in coꝛpoꝛe aliquantulū ficcioꝛi ſuf ficit raſina.nam raſina eſt plus exiccatiua q̄ꝫ glutinū. ꝛ iō in coꝛpoꝛe quod ſit parum ſiccus eſt cōuemens reſina:ſi cut ſi eſſet adhuc ſiccius oporꝛtet miſcere euforꝛbiū: quod plus exiccat. Alio modo poteſt illud verbū ſic exponi:ta/men retinum reſina ſi fuerit ſicca.i. ſi fuerit ſubſtantie ſic/ce et dure:quia hoc gummi aliquādo induraſ. puluerīza tum.i. mixtum cum pauco oleo quod ipm facit viſcoſum: et lenat.eſt loco eius.quaſi per hoc vult dicere q̄ ſi non inuenitur glutinū accipiatur reſina et miſceatur cum ali quantulo olei:ꝛ hoc eſt loco glutini.ꝛ hoc etiā eſt verum. nam cum retinū non ſit multū ſiccus glutino albotim: ſi miſceatur cū aliquantulo olei remittitur exiccatio eius ꝛ efficitur hoc medicamē ſim:le glutino in virtute albotim quando ſolum adminiſtratur. Et iſta expoſitio videt cō/cordare ei qđ dicit Gal.ſexto.de inge.ſa. Dicit eñ q̄ ſi gū ma fuerit ſicca:ſicut reſina aliquantulū olei tumeſcebit: et ſit ſumma eius quod datur de forꝛti recenti.ſ. euforꝛbio. xij ps ceroti.ꝛ de glutino albotim aut ei ſili ſit ʒ⁸ ps ceroti ⁊c. vbi gꝛa. hec ꝓportio ſic pōt fieri in hac pmixtiōe euforꝛ biij.ʒ.j. glutini.ʒ.iiij.cere.ʒ.vij. Uel ſi miſceas tūc potespo

nere olei.ʒ.v.cere.ʒ.ij.fiat cerotū.ꝛ post ipm sicut emplin basilicon confortatū. Emplin basilicon est illud qō fit ex resina pice nigra colofonia cera ꝛ oleo partib⁹ equalib⁹: vt dicit Serapio in suo antidotario cap̄.de vnguētis.ꝛ dicitur cōfortatū quādo permiscent cum eo de his que dicta sunt vt glutinū albotum: aut serapinū: aut euforbium ſm diuersitatē vulneꝝ ꝛ etiā corpoꝝ. Et forte misceat cū cerotis vt calefaciat ea id potest referri ad glutinum: qm̄ glutinū calidū est:ꝛ sermo suus immediate fuit de glutino. Sed melius videt vt referat ad euforbiū: qm̄ h̄ melius cōpetit et cū euforbiū calidissimuꝫ sit.ꝛ oportet vt sit ablutū. illud verbū refert ad glutinū:ꝛ hoc intelligē.ſ.q̄ debet esse ablutū qn̄ administrat sup neruos discooptos: qm̄ tunc medicina maxime debet esse a mordicatione remota: vt habitum est prius. sed si deberet administrari in punctura nō deberet ablui: qm̄ in tali cōpetit medicina ꝫ esse fortē. Et nota q̄ docet abluere cū aqua maris: qm̄ ipsa exiccatio est vehemēs: vnde nō est nociua neruis ratione humectatōis sicut aqua simplex ꝛ pura ꝛ oleo grosso. vbi Aui. dicit de oleo grosso. B. sexto de inge. sani. fm Iſam que cōmuniter habet dicit oleū sepinū. sed credo q̄ illa littera sit mala:ꝛ q̄ Auic. habuit malā trāslationē. ga vbi dicit oleū sepinū: credo q̄ debeat dici oleū sabuinuꝫ. quia illud oleū pre ceteris laudat inter olea q̄ fiunt ex oliuis. quia tū Aui. forte habuit litterā sicut ꝛ nos habemus exposuit illud verbū q̄ per oleū sepinū intelligeret oleū grossum. per oleū autē grossum intelligamus nō sicut sonat vocabulū oleū grossaꝝ partiū ḡtū ad virtutē: sicut ē oleū putrefactū ponticū frigidū: qm̄ illud oleū sicut apparet ponit in medicamine qō est cōueniēs puncture: vt apparet per ea que ingrediunt cōpositionē huius medicine. Oleū autē qō in hac cōpetit debet esse calidū penetratiuum ꝛ exiccatiuū. ppter qō dices q̄ per oleū grossū intelligit Aui. fecem olei. qm̄ vt Serapio ponit in suo libro de simplicib⁹ in cap̄. de oleo. tū quidē est calefactiua ꝛ exiccatiua ꝛ resolutiua ꝛ cōueniēs in vulneribꝰ corpoꝝ ficcoꝝ. aut per oleum grossum intelligit oleū vetus. Nā oleū quādo vetustū fit ingrossat. tale aūt oleū. ſ. vetus est cōueniens in punctura:ꝛ debet administrari cū medicinis que ponunt ad punctura.ꝛ ppterea Serapio in passignato ca. dicit q̄ si nō habes oleū vetus ꝛ indiges ipso coque oleū donec fiat sicut mel ꝛ vtere ipo:qꝛ virtus eius est sicut virtus veteris. ppter qō oleum per ingrossatiōez factā a calido ipm efficit virtutis fortioris.ꝛ isto modo videtur hic intelligere oleū grossum:qꝛ intelligit oleuꝫ qō ingrossatū est ex antiquitate: aut oleū qō factū est grossū per decoctionē: vt etiā in hoc assimilet oleo antiquo. oleū enī qō sic grossum est: est calidū ꝛ magis aperitiuū ꝛ magis deiccatiuū:ꝛ virtus etiā eius est potentioꝛ penetrare ad pfundū. oia autē hic cōuenīt medicamina q̄ debent administrari in punctura.ꝛ ista videt esse eius intētio per ea que subdit:ꝛ oleū balsami cū subtilitate sua tē. et vult dicere q̄ bonū est accipere in tali medicamine qō debet calefacere oleū qō est ita grossum: qꝛ oleum qō est multū subtile in substātia dato q̄ sit multe caliditatis in virtute sicut oleū balsami: tū tale oleū qꝛ velociter euaporat ꝛ resoluit ipius suba a mēbro. ppter subtilitatē nō multū calefacit. Et propterea qn̄ querim⁹ vt multa sit virtus calefactiua in medicamine melꝰ est admiscere sibi oleū grossū illo modo: qm̄ ipm nō sic resoluit ſm substātiā: sed virtus eius plus pdurat in mēbro:ꝛ per cōsequēs tale amplius calefacit.ꝛ hec est etiā intētio Auicē. Et cū vulnera fiunt aguzezi: aut p̄ideſt: punctura: aut p̄ideſt tergumaꝫ ideſt punctura stricta:ꝛ cū accidit vulneribꝰ putrefactio: tunc serapinū est bonū: qm̄ serapinū exiccat ꝛ abstergit ꝛ putrefactionē remouet:ꝛ farina etiā ordei exiccatiua est vehementer. Verūtamē cū accidūt apata tē. illud quidem maxime refert ad apostemata que accidūt ex retētiōe humiditatis in neruo: sicut apparet ex dictis prius. si autez causa principaliter in hoc esset doloꝛ tunc oportet p̄cedere sicut supius dictū est cū his que doloris mitigatiua existant. Alia que dicit Aui. in isto cap̄. satis nota sunt.

¶ De apatibus que accidūt neruis vulneratis. Cap̄. iiij.

Am scitur ex eis q̄ p̄misim⁹ et scire fecimus ex canone curationis neruoꝝ quis sit modus curatōis apostematū que accidūt eis cū vulnerāt et oportet vt iteremus illud explanādo: Dico ergo illud qō Gal. dixit i libro catagenis. Inquit. Cū accidit in vulneribus neruoꝝ ꝛ mēbroꝝ neruosoꝝ flegmō et flegmon ē fortis inflāmās valde tūc oꝛ vt administrent in curatiōe eiꝰ medicine facte cū aceto ꝛ lapidib⁹ mineralib⁹ quas dixit: et plurimū eoꝝ est in tractatu scōo catagenis: quaꝝ vna hec est. Ry. calcadis ʒ.j.ꝛ quartā. et dragāti.ʒ.ix. et.ſ. ꝛ quartā et scorie plumbi.ʒ.ij. et.ʒ.ij.ſ. et corticum thuris.ʒ.j.ſ. bezrad.ʒ.j.ꝛ cere.ʒ.vij.ꝛ olei ix.ʒ. et aceti fortis lib.ij. et quartā: terantur medicine sicce et infundant cū accto x. diebꝰ et soluant ea que soluunt ꝛ infrigidant: et misceant in olla et misceātur motu exquisitissimo donec equent: et oꝛ vt distilletur sup mēbrū infirmū ex oleo bis aut ter in die. Et cū ponit hoc medicamen desup oꝛ vt ponat sup ipm defforis lana iā infusa in aceto ꝛ oleo calefactj equali caliditate. Nā nō est aliquid nocibilius oīno neruis infirmis neqꝫ deterius sup eos q̄ illud qō est frigidū. Qō si necessariū sit emplastrare ista mēbra in dispositiōe emplastro facto cum aceto et melle et cinere: tūc oꝛ vt emplastrū sit coctum ꝛ vt sit farina eius farina herbi. Si autem non fuerit tibi presens tunc administra farinam fabarum aut ordei.

¶ In isto cap̄: sicut dictū est Aui. in speciali ponit quasdaꝫ medicinas que ponite sunt a Gal. que cōueniunt vulneribus ratōne accidentiū que superueniūt aliquādo neruis vulneratis maxime aūt illa accidētia q̄ supueniūt neruis vulneratis maxime videntur esse duo: aut apostema caliduū aut est putrefactio accidēs eis.ꝛ apostema molle generatur ex aggregatiōe humiditatis in neruo mollificando substantiā nerui ꝛ faciendo ipam cadere in putrefactionem. ppter quod Aui. duo facit. Primo narrat quedaꝫ specialia medicamina que cōueniunt vulneribꝰ neruoꝝ qm̄ in eis accidūt apostemata calida. secundo narrat q̄dā medicamina que cōueniunt vulneribꝰ neruoꝝ qm̄ in eis accidit putrefactio aut apostema in quo laxatur ꝛ mollifi

eatur substãna nerui ⁊ tendit in viã putrefactõis. scda ibi Q. si necessariũ fuerit emplastrare. Circa primã partem intellige q illud medicamẽ qõ ponit Aui. hic. positũ est a Gal. catagenis. i. in libro compositax medicinax: quia debet ministrari in vulnere nerui quando superuenit calidũ apostema inflãmans valde: non imediate sup neruum. timor em̃ esset valde de mordicatõe ipius: sed debz poni sup orificiũ vulneris extra: qm̃ desiccatiuũ est vt cõuenit cõplexioni nerui ⁊ rõne aceti infrigidatiuũ etiã p. hibens apostema: ⁊ q; ad tale apa cõsequit dolor: iccirco debet fieri inunctio in circuitu mẽbri cũ eo qõ est molliatuũ ⁊ sedatiuũ doloris mixtũ cũ eo qõ phibet inflãmationem sicut est oleũ oliue cõmixtũ cũ aceto: ⁊ ꝓpterea subdit Aui. Oportet vt distillet supra membrũ infirmum ex oleo bis vel ter in die ⁊c. ⁊ sic debet exponi. Bedezar. i. galbani. ¶ In secũda parte Aui. dicit q; si necessariũ fuerit emplastrare illa mẽbra in dispõne apatis: qõ sic debet expoi: q; si sit necessariũ ẽplastrare mẽbra hec in dispositione. s. putrefactionis: aut in dispositõe apatis qõ ꝓiungit ex aggregatõe humiditatis mollificatiꝫ ⁊ laxatiꝫ substantiã nerui ⁊ factiꝫ eã tendere in viã putrefactionis. tũc em̃ bonũ est emplastrũ factũ ex farina orobi cũ aceto et melle ⁊ aqua cineris que adinuicẽ coquanf vt vniatur virtus eoꝝ. hoc em̃ emplastrũ desiccat hũiditatez: remouet mollificationẽ ⁊ laxationẽ factã in substãna nerui et putrefactionẽ etiã tollit. ⁊ hoc mõ debet intelligi dictum Aui. sic etiã. Et hec oia satis manifesta sũt ex his q̃ multotiẽs dicta sunt in cap̃. p̃dicto de curatiõe vulneꝝ neruoꝝ.

¶ De attritione neruoꝝ ⁊ eoꝝ torsione. Capln. v.

Cum neruis aduenit attractio tũc si non fuerint cũ eo vulnera neqꝫ apostemata ad hoc curetur cũ eo qõ sedat dolorem: et similiter qñ accidit apa tũc nõ cures ipm cũ eo qõ rũpit sicut aqua cineris et silia: ĩmo cura ipm cũ sedãtibus dolorẽ: et silr oz vt embrocetur mẽbrũ cũ oleo calefacto embrocatiõe cõtinua: et sint in virtute illius olei mollificatio et resolutio et de oleis bonis in hoc est oleũ anetinũ ⁊ oleũ de alachoen ⁊ oleum de ruta. et silr emplastra cõuenientia ad illud. et silr maluauiscus est mirabilis cũ teriẽ et poniẽ sup neruos tritos. et caro verneriarũ est mirabilis: ⁊ fortasse curatur cũ cepe bis cocta. Qõ si fuerit illic apostema tũc in sedatiõe apatis eiº est vt administreẽ desup cõgelatũ vue cũ vino et pauco aceto et oleo cũ quãtitate cõueniente et calefiat cũ equalitate. ⁊ submergaẽ lana sordida ⁊ ꝓpriẽ lana isopi ⁊ ponatur desup. et si fuerit hec lesio in iũcturis tũc illic ẽ melius vt sedeẽ dolor et ponaẽ medicamẽ fortius et cõpositũ cũ eo qõ maturat et resoluit: sed cũ stipticitate tempata: et opponaẽ p id apati et nõ addat in eo. et cõsidera in dolore et apate et intẽde ad id ex eis qõ ẽ vehemẽtioris intẽtionis. et qñ nõ est dolor tũc pforta ⁊ administra id qõ est forte sicut aqua cineri ⁊ et acet ũ et vinũ itex. Et qñ apa iam plõgatũ e st tunc conforta medicamen factuꝫ cũ aq̃ cineris: et qõ sit cũ sorditie balnei.

¶ Supius Aui. docuit modũ curatiõis solute cõtinuitatis accidẽtis in neruis: que solutio cõtinuitatis est manifesta fissura: ⁊ que est inter attritionẽ ⁊ torsionez que appellat vulnus. mõ in parte ista docet modũ curatiõis solute continuitatis accidẽtis in neruis: que solutio cõtinuitatis nõ est solutio manifesta que fit manifeste fissura: ⁊ hec solutõ cõtinuitatis dicit attritio ⁊ contorsio. Est autẽ differẽtia inter attritionẽ ⁊ cõtorsionẽ: quoniã sicut extrahitur ex his que dicta sũt supra in tractatu secundo istius quarte Fen circa p̃cipiũ. ⁊ ex his que dicũtur auctoritate Aui. Fen secũda: primi canonis in capõ de spẽbus solutiõis continuitatis: Attritio est quãdo accidit neruis solutio cõtinuitatis que nõ est manifesta: sed occulta inter partes nerui. quod eni accidit carni in cõtusione accidit neruo in attritione. vnde sicut in carne quãdo ꝓtundit fit solutio ꝓtinuitatis ⁊ multi nerui inter ptes carnis que nõ est sensibilis: ita ⁊ fit in neruo quando atterit. ⁊ propterea dictũ est supra q ꝓtusio ẽ accidẽs lacertis ꝑm mediũ ipsorum quod ẽ pars carnosa: sed attritio accidit ptibº extremis ipsorũ que sũt neruose: propter quod in carne ꝓtusio vocat: in neruo accidẽs vocatur attritio: sed torsio vel contorsio dicit quãdo mẽbrũ separatur a iunctura: nõ tamẽ separatione integra ⁊ manifesta: sed occulta ꝑpter extensionẽ que aduenit ligamẽto ꝑpter quã extensionẽ accidit cõmotio ligamẽti in iunctura ⁊ in eo quod cõtinet de ipo in carne. vnde accidit aliquãtulũ separationis. licet nõ integra separatio sicut fit in dislocatiõe. Et sub torsione quidẽ cõprehendit hic quedã dispositio que vocatur euguamen que ẽ infra torsionem que est dispositio in qua solũ accidit attritio in ligamẽto ꝑter qõ fiat aliqua separatio mẽbri a iũctura. Et ex hoc appet q attritio ẽ dispositio quedã q̃ põt accidere neruis ⁊ chordis ⁊ ligamẽtis: sed torsio cũ sit dispõ in qua fiat separatio aliqua mẽbri a iunctura. licet nõ integre ipa ꝓprie ẽ dispositio q̃ accidit ligamẽtis q̃ ꝓiungũt ossa adinuicẽ. ¶ Ulteriº appareꝫ q cũ attritio nõ fit solo ꝓtinuitatis manifesta intẽtio curatiua in ipo nõ sumit ab ipsa solutione ꝓtinuitatis: q̃ niã cũ solo q̃ in ipa accidit fit numerº multus ⁊ parue q̃titatis q̃tũ ẽ ex se p seipsã ꝓsolidaret. Sed q; cum hac dispositiõe ꝓiungit dolor ꝓiũgit etiã effusio humiditatis multotiẽs inter ptes circũstãtes q̃ adinuicẽ separantur: idcirco intẽtio curatiua in ipsa ab illis sumit. puta a sedatiõe doloris ⁊ phibitiõe apatis ⁊ resolutiõe eiº qõ effusũ est inter ptes nerui sicut appet infra in illo capõ ꝓsequẽdo curam eius. ⁊ ideo dicebat Auicen. supra in tractatu quarte Fen i illo capitulo de ꝓtusione. Et nõ oportet vt administratio fiat in attritione cũ reductione continuitatis villorum incisorum: sed ad sedandũ dolorẽ ⁊c. ¶ Hoc ergo ꝓintellecto qõ est vtile ad intelligendũ ea que dicentur dicemus q; id capitulum diuiditur in partes duas. In ꝓma parte ponit curã attritionis. in secunda parte ponit curã torsionis que est dispositio magis respiciens ligamenta iuncturarũ. secũda ibi: Et oportet vt caueatur in torsione neruoꝝ. ¶ Prima in duas. Nam attritio aliquãdo fit in neruis absq; vulneratione: aliqñ fit cũ vulnere. primo ergo docet curã attritõis qñ nõ ꝓiungit cũ ea vulnus. secũdo docet curã attritõis qñ cũ ea cõiungit vulnº secũda ibi: Q. si fuerint vulnera in cute ⁊c. ¶ Prima in duas: In ꝓma parte quia vt dictũ est intẽtio curatiua sumit

in attritione ex phibitiõe doloris z apostematis ne accidat ex curatione eius quãdo accidit: z sumitur etiã ex resolutione eius qõ effusum est inter ptes nerui. z iõ Auicẽ. docet modũ curatiõis qui est ad resoluendũ ꝓncipaliter id qõ effusum est inter partes neruorũ. scda ibi: Et cõsidera in dolore z apate zc. ¶Prima in duas. ꝓmo ponit modũ curatiõis ꝑ quẽ docet sedare dolorẽ z phibere ne accidat apa. scdo docet modũ curatiõis si cõtingat ꝙ accidat apa. scda ibi: Q si fuerit illic apa zc. Quod in ꝑma parte dicit notũ ẽ ex dictis nisi ꝙ intelligas ꝙ Aui. in his verbis insinuare vult cũ in attritiõe intẽtio fit ad sedationẽ doloris et phibitionẽ apatis z ad resolutionẽ illius qõ est effusũ est ꝙ ꝓus oportet incipe a sedatiõe doloris z phibitione apatis q̃ a resolutione vehemẽti illius qõ est effusum in membro. Et hoc iõ: qz stante dolore nõ põt resolutio fieri: qm̃ dolor est attrahẽs: quare oportet ꝓus sedare dolorẽ. et ꝓpterea etiã subdit Auicẽ. qõ dicit ꝙ quãdo apa accidit nõ debet curari. s. in ꝓncipio apa: cum in eo qõ rumpit. i cum eo qõ fortiter resoluit z exiccat sicut est aqua cineris. qm̃ hoc esset causa augẽdi apa. ꝓpterea qz amplꝰ ad locum attraheret q̃ resolueret. sed adhuc debet procedere cũ his que dolorẽ mitigant: deinde sicut postea apparebit cessato dolore si remaneat aliquid fixũ collectum in membro possumus ꝓcedere ad ea que fortiter resoluũt et exiccant: sicut est aqua cineris z acetũ z vinũ: vt postea dicet: z hoc est qõ dicit Aui. z per hoc etiã manifestũ ẽ id quod dicit in parte secũda z tertia q̃tũ ad intẽtionẽ quã innuit ꝓncipaliter habere. Et si fuerit hec lesio. i. talis attritio in iuncturis: qz. s. accidat in ligamẽtis ponat, medicina fortis: quia vt dictũ est ꝓus: ligamenta sunt absq; sensu z sunt durtora z ficciora q̃ nerui: z ideo indiget fortiori medicina. Et cõsidera in dolore z apostemate: z intende. s. ꝓus in istis ad illud qõ est vehemẽtis intentionis. i. ad illud qõ vehemẽter molestat: vnde quia dolor et apostema molestãt longe magis q̃ aggregatio hũiditatis est fuse inter partes nerui. Iccirco prius oportet intendere ad ꝓhibitionem z remotionem ipozum. deinde postea ad resolutionẽ eius qõ remanet in mẽbro cũ his que fortiter resoluunt sicut sunt illa q̃ ponit in littera.

¶Deinde cum dicit:

¶Qõ si fuerint illic in cute vulnera etiaz tũc necessaria sunt illa in quibꝰ sunt exiccatio fortis z aggregatio z strictura quibus colligant partes sicut farina sabarũ et acetũ et mel et est medicamen bonuz. Et si vis vt sit fortioris exiccatiõis pone in eo farinã herbi: et si adest voluntas vt sit fortius iterũ ponat in ipo radix lilij. z si fuerint vulnera taliter vt nõ curetur de eis: tũc curent nerui cũ eo quod ꝓhibet apostemationẽ neruorũ et nõ sit occupatio cũ eis: et caro ostrearũ est mirabilis: z qñqz curatur cũ cerato ex sale: z emplastrũ cum olibano: et myrra est cõis iuuamenti in vtrisqz dispositionibꝰ. et si fuerit cũ vtrisqz rebus dolor clamosus: tunc oportet vt misceatur cum medicinis pix z emplastretur cum illo calido.

¶In ista parte Aui. ponit modũ curatiõis attritiõis quãdo cõiungit cũ vulnere facto in cute. z vult dicere ꝙ qñ accidit attritio z cũ hoc est illic vulnus oz ꝓcedere cũ eis que vehemẽter exiccant z aggregãt ptes in vnũ sicut sũt illa medicamina que ponit. z hoc ideo: quia cũ ibi sit vulnus intẽtio curatiua nõ solũ sumit ex attritiõe sed etiã ex vulnere. z quia ea q̃ humectãt sũt cõtraria vulneri: z ꝑcipue vulneri facto in neruo. iccirco nõ oz ꝓdicta mollitiua apponere: sed ea q̃ vehemẽter exiccant. Intelligẽ aũt h vez ẽ sup ipm vulnꝰ. nãm sr loco vulneri oz apponẽ ea i ptibꝰ circũstãtibꝰ ozponẽ ea q̃ sũt mollitiua z sedatiua doloris fiẽt supra dictũ est multotiẽs qõ fieri oz in vulneribꝰ neruoz: vnde hic nõ est differẽtia curationis a predicta nisi quia hic cõiungit vulnus: ỹ rõne vulneris nõ possumꝰ apponere supra locũ vulneratũ ea q̃ mollitiua sunt z mitigatiua doloris sicut possumꝰ apponere qñ ẽ attritio sola sine vulnere. Et ꝓpterea etiã subdit Aui. ꝙ si illa vulnera sint ita parua z modica vt de ipis nõ curemus: quia sunt talia ꝙ de i is nõ est curandũ: z tũc solũ curatur cũ ꝓdictis in ꝓncipio q̃ apostemationẽ phibẽt: z nõ fit occupatio cũ eis. i. cũ istis fortiter exiccãtibꝰ: z resoluẽtibus. s. in ꝓncipio: quia illa nõ cõueniũt in ꝓncipio: vt dictũ ẽ prius gratia sedãdi dolorẽ z phibẽdi apa. z hec est sua intentio quã in hoc. §. intendit. et caro ostreaz est mirabilis. s. qm̃ est attritio cũ vulnere in neruo. Vñ Aui. ca. de ostraco dixit: Et ostracũ quidẽ cõfert vulneribus cũ carne sua et ꝓprie illis q̃ sunt sup neruos cõtritiõis precipue cũ thure z myrrha zc. Et qñqz curant. s. vulnera cũ attritiõe cũ ceroto z sale. i. cũ ceroto in quo ponit sal: qm̃ sal est vehemẽter exiccatiuũ hũiditatis q̃ aggregat i loco. z emplastrũ factũ ex myrrha z olibano est iuuamẽtũ cõis: in vtrisqz dispositionibꝰ. i. habet ad dispositiões vtrasqz iuuamẽtũ cõe: puta z ad attritionẽ neruoz z ad vulnus qõ cũ ipa cõiungit. est em̃ cõueniẽs attractioni qm̃ risolutiuũ ẽ eiꝰ qõ effusum est in suba nerui zc. z etiã vulneri vtile: qm̃ exiccatiuũ est z aggregatiuũ partiũ disruptaz. z si fuerit cũ vtrisqz rebus. i. cũ attritiõe z vulnere: dolor clamosus scz dolor vehemẽs misceat cũ medicinis. s. cũ emplastro ꝓdicto qõ fit ex farina fabaz aceto z melle: pix. s. liquida qm̃ pix virtutẽ habet aliquo mõ sedatiuã doloris: quoniam pix ipa est calida: nõ tm̃ multe caliditatis: z cũ hoc ipsa nõ declinat multũ ad siccitatẽ: immo quasi aliquo mõ habet virtutẽ mollitiuã. vñ z ipa ponit a Serapiõe aliq̃ modo virtutẽ maturatiuã habere. qz ergo pix liquida hz plus de virtute sedatiua doloris: z cũ hoc nõ nocet vulneri: iccirco ꝑcipit admisceri medicinis ꝓdictis picẽ: z istud etiã ꝑcipit Gal. sexto de inge. ¶Hec en de cum dicit:

¶Et oportet vt caueat in torsione neruorũ aqua et non approximet neqz calida neqz frigida: imo administrent olea quibus est virtꝰ aromaticoz stipticoz cale facta z specierũ cũ quibꝰ ẽ hec dispositio.

¶In parte ista ponit modũ curatiõis torsionis neruoruz. Quid aũt sit torsio manifestũ est ex dictis ꝓus. z dicit: Et oz vt caueat in torsione neruoz. intelligẽ hic ꝙ nerꝰ nõ accipit hic ꝓprie: qz vt ex dictis manifestũ est torsio est ꝓprie dispositio ligamẽtoz continentiũ ossa z nõ nervoz sed accipit hic neruus cõiter fm ꝙ alij dicũt: z etiã Gal. tertio de interioribꝰ. Et nerui extẽdunt ad tria. s. neruuz chordã z ligamentũ. oia em̃ ista pũt large appellari nerui. ꝓpterea qz oia mẽbra ista filitudinẽ q̃ndã habẽt i suba Exponẽ q̃ in torsiõe neruoz. i. ligamẽtoz. z nõ approximet ei aqua neqz calida neqz frigida. z aqua qdez frigida nõ cõuenit: qm̃ aqua frigida spasmatiua ẽ z non sedatiua doloris: imo ꝓuocatiua ipius sicut dictũ est ꝓus. aq̃ autẽ calida nõ cõuenit: qz mollificat z relaxat iuncturã. nec autẽ hec nõ cõuenit in torsiõe: qm̃ vt dictũ est in torsiõe ẽ extensio ligamẽti ꝑ quã fit aliqua separatio in iũctura: iz nõ

integra.nō ergo cōuenit id qō disponit membruz ad integram separationē:hoc aūt est illud qō humectat ⁊ mollit sicut est aqua calida:imo ꝓuenit illud qō coadunat ⁊ cōstringit partes ūcture cū ligamēto ⁊ cū hoc habeat virtutē aliquā sedatiuā doloris.tale aūt est oleū in quo ē virtus calefactiua.nam rōne huius est sedatiua doloris q in torsione cōtingit.⁊ etiā fit in ipo stipticitas.nam rōne huius habet cōstrēngere ⁊ coadunare iunctura ⁊ partes ligamenti.talia aūt sunt olea que fiūt ex aromatib⁹ in qbus est aliqua virtus calefactiua ⁊ stiptica sicut est oleum de spica:oleū masticinū:⁊ similia.Et p hoc apparet differentia inter curationē attritōis ⁊ torsionis: qm̄ aqua calida ad sedationē doloris nō est incōueniens in attritione q̄ esset sine vulnere.ibi em̄ nō curatur de partiū vnione ⁊ cōstrictione:sed est ibi intēto alia sicut dictū est prius.⁊ propterea multotiens aliqō membruz attractū ponim⁹ in aq̄ calida:⁊ confert vt ad sensum appareat:sed ipa nō est conueniens in torsiōe pp cām q̄ dicta est.⁊ ista ē intētio Auic.

¶De iudicijs neruorum corruptorum. Cap'm.vi.

Q Uandoq; accidit frustis neruoꝝ corruptio:⁊ est necessariū vt extrahatur.oportet ergo vt extrahat̄ extractione vene ciuilis.

¶Cum docuit Auu.curationis modū solute cōtinuitatis in neruis:modo docet modū curationis quarundā dispositionū que aliquādo cōsequunt neruos in solutiōe cōtinuitatis eorū.hę aūt sunt due dispōnes:quedā est que consequitur neruos in solutiōe continui que est vulnus.⁊ illa dispositio est corruptio ⁊ putrefactio eius ex toto vnde indiget vt extrahatur.quedā aūt est que consequit neruos plus in modo solutionis continui que fit in attritiōe magis sicut est eliquādo q̄ fit duricies multa in neruo accidens ex casu vel percussione ⁊ silibus causis.ꝓterea quidem Auu.duo facit.primo enī docet modū curationis qñ accidit eis dispositio ꝑma.secūdo docet modū curationis quando accidit eis dispositio.secūda ibi:Hoc multotiens accidit ⁊c̄ Quod in istis duob⁹ capl'is dicit Auu.manifestū est quia ꝑ curatiōe ipoꝝ perfecta remittit nos ad curaz quarundā dispositionū:de quarū cura ꝓius facta est mentio qñ silis cura istarū ⁊ illarū.legę ḡram ⁊ intelliges.

¶De neruorū duritie ⁊ eorū torsione. Cap'm.vij.

H Oc multotiēs accidit a verberatione aut casu:⁊ qñ ꝑmitur sentit̄ cū eo stupor ⁊ cura duritiei neruorū ꝓrima est curatiōi apostematū durorū ⁊ alrosbot:⁊ nos dixim⁹ in tabulis medicinaꝝ singulariū ⁊ in antidotario qō necessariū est rememorari de medicinis eius.Et qō narrauim⁹ hic sunt medicīe expte in eo de qbus sunt leues:sicut vt sumatur bdelij iudaici pondus.z.r.et infūdat̄ in aqua et soluat̄ in ea ⁊ cōficiat̄ cuz eo q̄ztū ipm est de radice maluauisci contriti valde:⁊ emplastret̄ cū eo.Et silr radix lilij cōtecta cū cōgelato vue.Et iterū armōiacū ⁊ galbanū ⁊ euforbiū aggregata cū fece olei.⁊ itez sumat̄ semē almaru et fiat emplastrū cū vino cocto:⁊ itez medicamē diaquilon cum medietate sui de stercore capīno est vltimum.

¶Et patet totum quod dicit.

¶De rememoratōne egritudinum ossium. Cap'. viij.

N Ossibus aūt accidūt egritudines ex corruptiōe cōplexiōis ⁊ ex solutione singulari et fractura et dislocatiōe ē putrefactiōe ⁊ vlceratione: ⁊ excoriatiōe. Et nos quidē loquemur de fractura ⁊ dislocatiōe que indiget restauratiōe post hūc locū.illas aūt que de eis indiget alijs medicinis dicemus hic querentes auxilium a deo.

¶Primus Auu.docuit modū curationis solute cōtinuitatis in mēbris carnosis ⁊ mēbris neruosis: in parte ista Auic. docet modū curatiōis egritudinū cōtingentiū in ossibus que vtplurimū cōsequunt ossa ⁊ in vulneribꝰ ⁊ vlceribꝰ. nam in vlceribꝰ ⁊ vulneribꝰ multotiēs accidit q̄ fit corruptio in osse per quā necesse est illud os extrahere vel cuz operatiōe manuali vel cū medicinis: qz ergo hec dispositio accidit in ossibus precipue in vlceribus: ꝑ tanto Auu. post modū curatiōis quē tradidit vulnerū ⁊ vlceruz tractauit modū curationis cuiusdā dispōnis que in osse accidit que fit in ipo cum corruptiōe ipius.Et ex hoc apparet ꝓpter quid est q̄ ista parte Auic. nō cōiunxit cū sermone sequēti in quo tractat de dislocatiōe ossiū ⁊ de solutiōe cōtinuitatis accidēs in ossibus:qm̄ hec dispositio quaz hic tractat vtplurimū in osse cōsequitur in vlceribus sicut ex dictis apparuit.vnde merito Auu. post sermonē de cura vlcerū ⁊ vulnerū istū sermonē in quo docet modū curationis quādo in osse accidit corruptio cōiunxit ⁊ determinauit etiā ꝓter hoc hic modū curatiōis fracture ossis mājtū cū medicaminib⁹ dependet. Nam vt sicut modus curationis eius est cōueniēs cū mō curatiōis solute cōtinuitatis facte in carne ⁊ neruo:ꝓpter qō adhuc in hoc sermōe posuit modū curationis fracture ossis mājtum ex medicinis dependet.in sequēti aūt Fen q: solū dat ibi modū curationis qui dependet ex restauratiōe ossis que fit cū manu determinat curā fracture que accidit in osse mājtū dependet ex restauratiōe facta cū manu.Et circa hoc Auu. sic ꝓcedit.primo em̄ ipe ꝓmittit modos egritudinū que possūt ossibus accidere:quarū tractatio spectat ad hūc librū vt eligat de quarū curatiōe in hoc libro determinare intendit.secūdo ꝓsequit modū curationis illarū de qbus hic determinare intēdit.scda ibi:Tētositas spine ⁊c̄.Ea que in isto capl'o dicit satis nota sunt.Ex solutiōe singulari:⁊ ꝑ ga.i. fractura.Et nos quidē ⁊c̄. ex isto verbo vult ꝓbare q̄ in hoc loco determinat de curatiōe dispōnis ossis in quo accidit corruptio ⁊ putrefactio:⁊ de curatiōe fracture mājtum illa curatio ex medicinis dependet.

¶De tētositate spine ⁊ corruptione ossis. Cap'm.ix.

T Entositatis spine causa sūt humores acuti penetrantes in os corrodentes ipm.⁊ incessus tētositatis spine ē incessus doloris iūcturaꝝ: verūtamen materia in dolore iūcturaꝝ ē in carne:⁊ materia in tētositate spine est in osse ⁊ eius additio corrūpit ossis partē vnam post aliā.Direxit qdē q: spina ē spasm⁹ i toto corpe ꝓpter vlcus ⁊ nō affirmatur.

¶In parte ista Auu. exequit de curatiōe dispositionū os-

fium quoꝝ determinatio spectat ad hunc locum. Primo ergo docet modū curationis dispositiōis ossis in qua accidit eius corruptio. secundo docet modū curatiōis fractu re ossis inq̄tum illic modus curationis eius ex medicis dependet. secunda ibi: Fracture est curatio cū manu. Pri ma pars diuidit in ptes tres. In pma pte q̄ corruptio os sis nō solū fit in vlceribꝰ ꝛ vulneribus: licet vtplm fiat in eis: sed etiam fit in osse incipiendo ex mala dispositione q̄ oritur ab ipo pncipio in osse: ppter quā dispositionē acci dit ossis corruptio vniꝰ. s. partis eius post aliā ptē. Ideir co Aui. notificat nobis hanc dispositionē in qua hoc é pos sibile nobis accidere. s. q̄ ex dispōne incipiēte mala i osse fiat in ipo corruptio. ꝛ ostēdit q̄ est cā illius dispōnis. ꝛ cō parat ipam ad quandā aliā dispositionē q̄ videt accidere in ossibus. In secūda pte ponit nobis signa q̄ significāt su pra corruptionē ossis generalē ꝛ in omni dispōne ꝛ i omni vlcere. Tertio docet modū curatiōis corruptiōis ossis ex quacūq; causa cōtingat. secūda ibi: Cū ossi accidit cor ruptio. tertia ibi: Curatio corruptiōis ossis. Prima i tres. primo notificat illā dispōem in qua accidit ossis corruptō ab ipo pncipio ppter malā dispōem existentē in osse ꝛ no tificat ipm: ꝛ q̄tū ad modū ꝛ q̄tū ad causam. secōo compa rat illā dispōem ad quandā aliā que videt accidere in os sibus: nō tñ accidit sicut est dolor iunctuꝝ. ꝛ tertio. circa hanc dispōem vt illo noīe noiauit ponit opinionē quarū dam. secōa ibi: Et incessus vētositatis spine. tertia ibi: Dixe runt quidā q̄ spina est spasmus. Ea q̄ Aui. hic dicit satis manifesta sunt. Nullū eñ est impossibile nec incōueniēs q̄ in subam ossis penetrēt humores acuti ex ḡbus accidit corruptio ossis q̄ pcedit de vna parte ad aliā partē: ꝛ illa talis dispō vocat vētositas spine. de illo aūt q̄ illi dixerūt q̄ vētositas spine est spasmus in corpe toto ppter vicus. dicit Aui. q̄ nō affirmat: quasi vult dicere q̄ nō sic intelli gunt cōiter medici vētositatē spine. Sed intelligūt esse il lud q̄ dictū est. Utrū aūt vētositas spine possit significa re id q̄ ipi dicūt de hoc nō est questio: q̄m de significatis vocabuloꝝ nulla potest esse ꝓbatio nisi ex cōi vsu eoꝝ: sic declaratū est in sententijs prioribus.

¶ De signis corruptionis ossis. Capm. x.

¶ Cum ossi accidit corruptio vides carnē sup ipm mollescere ꝛ mol lem fieri: ꝛ incipit in via fetoris ꝛ virus. et penetrat p eā tenta facillime ad os. Cūq; puenit ad os nō inuenit ipm le ne ita vt lubricet ab eo: imo adheret ei pa rūper: et quasi inuenit rē nō firmā in seip sa: imo habētē fracturā: aut putrefactōez et fortasse destruit et lenit: ꝛ ppie q̄n nō est corruptio in pncipio. nā in hora pnci pij nō appet illud cū tēta. et q̄q; significat lubricitas eiꝰ supflua corruptionē eiꝰ ex hoc q̄ q̄n lubricat in eo tēta in omni la tere significat sepationē pāniculi ab eo ꝛ illud ppter corruptionē q̄ incepit ꝛ illa q̄ incipiet cū corrūpet caro supra ipm: ꝛ cū discoopueris eā ab eo inuenies ipm ma li coloris. et multotiēs qdē antecedit ip sum apa ꝛ corruptio carnis ꝛ mēbri in p mis et moꝛs: deinde venit ad ipsum.

¶ In isto caꝑ. Aui. ponit signa corruptiōis ossis. ꝛ primo ponit signa que sumunt ab accidētibus cōsequētibus cor ruptionē ossis. scōo ex accidētibꝰ q̄ aliq̄n antecedūt corru ptionē eius. scōa ibi: Et multotiēs quidē antecedit. Qō p mo dicit q̄tū ad litterā manifestū est. Causa aūt q̄re mol lescit caro q̄ est sup os q̄n os incipit corrūpi: est: quia caro etiā ppter vicinitatē incipit tēdere ad viā putrefactionis. qō aūt putrescit mollescit in pncipio ꝛ laxat. ꝛ cā sue mol litiei ꝛ laxitatis tenta faciliter penetrat ad os: ꝛ q̄n ad os puenit nō lubricat ab ipo imo adheret: ꝛ hoc ppter mol litiem q̄ fit in osse q̄n incipit putrefieri. vnde nō habet su perficiem tēsam ꝛ asperā in qua tēta sic adherere possit: fortasse destruit ꝛ lenit. i. fortasse per intromissionē tente destruit cōtinue os: q: penetrat tēta per ipm ꝛ lenit. i. ac si inueniret rem mollē ꝛ lenē: ꝛ hoc q̄n iam putrefactio est confirmata in osse. in pncipio aūt nondū est sic corruptū: iō nō accidit id. Reliqua que dicit manifesta sunt.

De curatione eius. Caꝑ. xj.

¶ Curatio corruptiōis ossis est eius fricatio ꝛ ipius destructio: aut eiꝰ abscissio et ipius serratura siue sit fistula siue nō sit. Nā necesse ē fricare ip sum et radere aut cauterizare perueni endo ad vltimū corruptiōis eiꝰ vt cadāt cortices corrupti et remaneat sanum. Et q̄q; cadūt cortices ossiū per medicinas itez sicut cadūt cortices capitis et aliozꝝ. Et de illis est medicamē cuiꝰ hec ē descri ptio. Ry. aristologiā ireos myrrhā aloez cortices plante oppoponaci cambil adu stum scoriā eris cortices plani aggreget et ē mirabile faciēs cadere cortices ossiū et nasci carnē bonā sup ea. et si fuerit cor ruptio ossis profūdioꝛ illa tūc necesse est ꝓcauare ipm. Qō si corruptio iā psecuta est medullā nō ē excusatio q̄n assumatur illud os cū medulla sua. ꝛ si corruptio fue rit de illis quas nō sanat nisi abscissio: et serratura totius ossis mēbri: aut plm eiꝰ quod circundat ipm: tūc sciat locum in quo oportet vt incidat ita vt reuoluatur tēta vsq;quo ꝓsequat locū in quo ūenit adherētia ossis vltimā: q̄n illic ē termi nus. vez q̄n ē os corruptū ex capite coxe et anche et sicut spondilis dorsi: tūc fuge re ab eius curatiōe ē melius propter nu cham. et si timet q̄ corruptio ossis sequa tur corruptionē carnis cuius casus acci dit pus: tūc infrigidare et accipe carnez ab eo ē ꝓueniēs et est eius cura. et oꝛ vt i frigidet membꝝ sanū cū epithimatibus que sciuisti in caplo corruptionis carnis

discooperte ab eo etiaz t cū eoz silibus:
¶In parte ista docet Aui. modū curatiōis corruptiōis ossis. t duo facit. pmo facit hoc qō dictū est. scōo qz multotiens remanēt in vlceribus cortices t frusta ossiū ꝓpter tēsionē aliquā q̄ accidit ossibus: vnde ossa exeoriant: aut ꝓpter scissionē q̄ accidit eis vnde sepat altqō frustū ab eis nō pfecta sepatiōe t remanet in vicere: docet modū exiccatiōis illoz. scōa ibi: Illud qō melius ē tc. Prima in duas. qz pmo docet modū curatiōis ossis corrupti. scōo ga vnus modus curatiōis eiº est serrare ipm cū serra: docet modū serrādi os corruptū. scōa ibi: Inquit eleuetur tc. Prima in duas. primo docet absolute modum curatōnis corruptiōis ossis. secundo docet modū curatiōis qñ accidit cū incipit ossis corruptio ex malitia cōplexionis carnis. secūda ibi: Et si timetur q̄ corruptio ossis. Prima in duas. pmo docet modū curatiōis corruptiōis ossis. secundo ostēdit vbi modus curatiōis eiº debet caueri t ab ipsa medici fugere. secūda ibi: Et qñ os est corruptū. Prima in duas. pmo ostēdit modū curatiōis corruptiōis ossis qñ nō est multū pfundatū in osse. secūdo ostēdit modū curę eius qñ iā est amplº pfundata in osse. secūda ibi: Et si fuerit ossis corru. pfun. Prima in duas. pmo docet modus curatiōis cū opatione manuali. secūdo docet modū curationis eius cū medicinis qñ cū eis possibilis est hec curatio: secūda ibi. Et qñ cadūt cortices tc. Totū qō dicit i his capitulis manifestū est nō indigens expone. Dez qñ os est corruptū ex capite coxe t sicut spondiles dorsi tunc fugemus tc. Et cā huiº est: qz nō est possibilis talis curatio ꝓpter magnitudinē ossis corrupti: t ꝓpter ꝓpinquitatez ad membrū nobile sicut est nucha. Illūc aūt morituri solis pnosticis sunt relinquēdi: vt dicit in cōmēto illiº affo/rismi pme particule qñ in statu est egritudo tc.

¶De modis curātibus os corruptum. Cap. xij.

Aquit eleuet caro ab osse ita vt
i ponat in extremitate eius filū cū quo tendat ad supioza vitte: ergo tēdat cū eo mēbrū: aut aliud ex illo loco ad inferioza vt nō associent ei dētes t serra ipm. Et qñ est tibi necessariū serrare costā: aut os sub quo est tunica: aut aliqd nobile sicut tunica costaruz nuche: pone sub serra laminā qua cōseruet mēbrū nobile. Qō si caro fuerit pm rotūditatē suaz tota discoopta: tūc serra ipz qñ ozit caro sup os qō iā discooptū est ex oībus lateribus suis. Qō si ptes ossis corrupti fuerit prime iūcture tūc extrahe ipm ex iunctura: et si corrūpit os brachij totū aut crurj tūc auferat totū. Caput aūt anche t coxe et spondiles dorsi qñ corrūpunt tūc fugiatur ex curatiōe eoz ꝓpter locuz anche.

¶In ista pte qz aliqñ oz nos seruare os: docet Aui. modū serrature eiº. Et pmo facit hoc. secūdo oñdit vbi talis modus obseruari nō debet. secunda ibi: Caput aūt coxe t anche. Que dicit manifesta sunt.

¶De eo quod remanet de frustis ossium t corticum eorū in vlceribus consolidatis. Capitulum. xiij.

Lud qō ē meliº est vt nō festinet
i in extractiōe eoz: imo dimittant neture t adiuuentur t illud cum attracti one pauca coz que extrahūt i spacio nō festio. Et non moueant cū medicinis et opatōe manº: nā qō extractū ē violēt nō euacuat qn faciat accidere vlcera tistulosa. Cū ergo expellit ea natura ad cutez t incipiūt exire t iā sepata sūt tūc incarna et cura vulnº. Et sil'r ē iudiciū in frustis eoz et pāniculis de quoz veritate est vt manifestent. nā cū tu ꝓperas et extrahis ea violēter tūc ē in eis timoz spasmi et pmixtiōis et febriū. Qō si fiat sanioſa nō ē i eis magnū nocumētū. si aūt vis scire medicinas illiº tūc de illis ē medicamē huiusmodi. sumant oleū vetº t cera citrina et sozdities vasoz apū que vtreq; sint q̄n tū ē oleū: deinde soluant oia. deinde sumat ps vna euforbij et ps vna lactis titimalli t tres ptes aristologie t fiat ex eis sicut ceratū. Et sumant itez armoniacū et bdeliū et liniant cū oleo de lilio: deinde aggregādo totū cū cōtritione fiat emplastrū et ponat desup ipm eñ ē de illis q̄ extrahūt ossa cū velocitate t facilitate.

¶In isto cap. docet Aui. modū curatiōis t extractiōis corticum ossiū t frustoz que aliqñ t nō pfecte sunt separata a carne t osse. t pmo ostēdit modū cōuenientē extractionis ipoz. t ostendit etiā quis est modus inconuenies. secundo ipe narrat medicinas in spāli per quas fit extractio hec. secunda ibi: Si aūt vis scire. Manifestū est.

¶De medicinis fracture ossis. Capitulum. xiij.

Racture est curatio cū manu quā
f dicemº: t curatio cum medicinis quas dicemº ꝓferētibº fracture ossiū t torsioni. Epithima ad fracturā t torsionē. ℞. mugath mes excorticatoz añ. x. aloes maluauisci albi. acatie añ. v. luti xx. liniant cū albumine oui si fuerit apa cal'm. Item folia alethil t cupressi et myrthi t salicis terant t exꝓmant t sumant galie. t rose t cepa narcisci ē de illis q̄ dicta sūt. t de sandalis rub. t bolusar. t laudanū et fanfel t kamaha t altea et mes t acatia t melilotū et sansucū: et adde in eo si indiges calefactiōe sansucū et emplā et cupressum. Ad fracturā et torsionē cū apāte calido. ℞. mes excorticatoz. z. xx. mugat balaustie acatie emplastret et ē forte valde. et de medicinis eiº sūt folia myrthi

et laudanū et gallia et crocus et lutū ē bo
nū attritioni. et oleū itez ē iuuatiuuz ad
fracturā et ad dislocationē ⁊ ad torsionē.
Jterū mugath et mes altea acatia lutuz
aloes myrrha liniāt cuz aqua myrthi.

¶In illo cap. Aui. ponit modū curatiōis fracture ossium
in q̄ltū talis modus curatiōis ex medicinis dependet. et in
hoc cap. nihil facit nisi q̄ medicinas vtiles in fractura os
sium q̄ adiuuāt ad cōsolidationem ipoz pōit. Jdugath. i.
bdelliū mes i. salsioli rubei. luti. i. boli armeni. vel potest
intelligi p lutū terra sigillata. alethil. i. folia tamariscinia
sculi. gallia pōt esse gūma egrediēs ab arboze mirabola
noz citrinoz. altea. i. maluauisc⁹. oia alia q̄ dicē plana sūt.

Hic finitur expositio tertie Fen et quarte quar
ti can. Aui. in q̄ltū est spectās scientie
cyrugie p quā principalis facta est hec expositio. in diuer
sis aūt tpib⁹ hoc opus pfecim⁹. Nā vsqz ad tractatū de vl
cerib⁹ hoc opus fecimus dū eramus adhuc iuuenis i sci
entia medicine. Studueramus em̄ Bononie vno anno i
scientia medicine. deinde ppter guerrā que tūc Bononie
erat discessim⁹ de studio ⁊ adhesim⁹ patri qui in hac scien
tia pre ceteris erat exptus: ⁊ cū eo cōmorans adhuc iuue
nis sic videns ipm quotidie opari: motus fui ad scribēdū
aliquid super istā partē quarti canonis Aui. ⁊ exposuim⁹
vsqz ad tractatū de vlceryb⁹. ibi vero tunc supsedimus et
reuersi fuimus ad studiū Bonon. ⁊ stu duim⁹ continue q̄
tuor annis in scientia medicine. in quarto vero anno⁹ dei
gratia mihi cōcedēte fuimus doctorati in ista scientia: ⁊ le
gimus cōtinue duob⁹ annis. Postmodū vero quia pua
tum fuit studiū Bonon. coacti recessim⁹ a studio illo ⁊ ve
nimus ad ciuitatē Senaz: ⁊ venim⁹ ibi ad salariū ⁊ voca
ti. ibi vero ex rogamine quoꝝdā scholariū amicoz nro
rum reincepim⁹ opus hoc. hic autē incepimus ad tracta
tum de vlceribus. ⁊ hoc opus pfecimus. ⁊ quia p̄mā ptez
fecimus cū adhuc eramus iuuenis etate ⁊ scientia valde.
Sic si aliqua essent impfecte dicta q̄ bene rationabiliter
excusatio mihi fiet. volum⁹ em̄ mutare illa dicta aliter q̄
fecerimus: vt nulli appareat esse mirabile si sic i breui tē
pore sit possibile alicui homini puenire in scientia ad ea
de quib⁹ multis apparet esse mirabile: sed potius de illis
que scripsimus tūc gr̄as deo agemus. De istis aūt que se
cundo scripsim⁹ dū iam eramus docti in scientia medicine
si aliqua sint min⁹ dicta q̄ bñ vel omissa q̄rim⁹ idulgētiā.

¶Ego Bin⁹ de Florētia medicine minim⁹ hec oia scripsi.
¶Fen quinta incipit de restauratione. ⁊ est tractatus tres.
¶Tractatus primus de dislocatione ⁊ restauratione.
¶De sermone vniuersali de dislocatione. Capitulum j.

D Jslocatio est egressio ossis
ex loco suo qui ē per naturā
apud illud qō ei vicinū exi
stit integra. Si aūt nō egre
diat integre noiat separatō
iūcture ad partē pfundam:
aut pcedētē aut eminentē que cognoscit
sensu. Et ē sepatio nō integra quā quidā
nomināt torsiōez. Cū ergo ē lesio que nō
mouet os sed attrahit qō cōtinet ipz: tūc
est alguaenu et nō ē ex genere torsiōis: et
qñqz accidit iūcture res tertia: et ē vt elō
gat et addat sup lōgitudinē suā naturalē
et vt ꝓsequit ad hoc dislocationez: verū
tamen fit facilis dislocatiōis: et illō q̄dez
multotiens accidit i adiutorio et coxa.

¶Clarissim⁹ doctoris Gentilis de Florentia sup p̄mū ⁊ se
cundū tractatū Fen quinte quarti canonis Auicēne. s. de
dislocationibus ⁊ fracturis: quos Bin⁹ nō exposuit: ex
positio incipit feliciter.

p Ostquam Auicē. in supiori Fen de
terminauit de solutōne
cōtinuitatis ⁊ cura eius: ⁊ in ista quita Fen
determinauit de restauratiōe. ¶Notandū
q̄ ossa dislocant ⁊ frangunt: ⁊ differētia in
ter dislocationē ⁊ fracturā est ista: q̄ disloca
tio est ppria iūcturis: vt q̄n os egredit a iunctura sua. Fra
ctura est ppria cōtinēti ossiū: vt q̄n os frangit nō in iū
ctura. ⁊ ideo ista Fen diuidit in ptes duas: q̄ p̄mo determiat
dē dislocatiōe. secūdo de fractura. secūda ibi: Farctura est
solutio continuitatis. Prima in duas. q̄ p̄mo determinat
Aui. de dislocatiōe in generali. secūdo in particulari. secū
da ibi: Accidit mādibule inferiori. Prima in tres. q̄ primo
ponit capl̄m generale de dislocatione. secūdo ponit
capl̄m de signis dislocationis. tertio ponit capl̄m de cura
dislocatiōis in vlt. secūda ibi: Accidit in iūctura. tertia ibi
Non euacuatur q̄n dislocatio. Prima in duas. q̄ primo
Aui. ostēdit quid est dislocatio. secūdo ponit duos can̄. se
cunda ibi: Et p̄tauior dislocatiōe. Prima in tres. q̄ p̄mo
Aui. ostēdit quid ē dislocatio. secūdo ostēdit hoies q̄ sunt
magis apti vt patiant dislocationē. tertio ostēdit que iun
cture sunt faciles ad dislocandū. secūda ibi: Et de hoib⁹
sunt. tertia ibi: Et de iūcturis quidē sunt. Dicit sic de p̄ma
pte: q̄ dislocatio est integra egressio ossis a loco ⁊ situ suo
q̄ locus ē p naturā apud illud. s. os qō ē alteri ossi vicinū.
Et si tale os nō egrediat integre a iūctura sua noiatur se
paratio. ⁊ talis sepatio aut pōtfieri aut ad ptē ossis pcedē
tem. s. superiorē: q̄ sepatio cognoscitur sensu. i. ad visuz ⁊ ad
tactū: quā sepationē quidā noiant torsionē. Et subdit: q̄
qñ est lesio nō mouēs locū ⁊ situ ossium: sed accidit illud
qō cōtinet os noiatū alguaenu. ⁊ hoc nō est de genere tor
sionis: ⁊ qñqz iūcture accidit res tertia. ⁊ est. s. ista res ter
tia: vt elongetur secz iūctura: ⁊ fiat maior q̄ sit p̄ma lōgitudi
nem naturalē: ⁊ nō adhuc est dislocatio: verūtā est facilis
ad dislocandum. Et istud accidit multotiens i adiutorio
et coxa. ¶Deinde cum dicit:

¶Et de hoib⁹ est qdā q̄ ꝓparat⁹ est dislo
cationi in iūcturis suis: qm̄ ꝓcauitates ol
siū iūcturarū suarū non sūt profūde: ⁊ bu
celle que ingrediunt eas non sūt intran
tes: et ligamentū qō ordinat inter ea am
bo non est firmū: imo debile in creatione
sua minutū. Aut humidū suscipiens ex
tensionez. Aut iā effuse sūt ad ipm̄ hūidi
tates viscose lubricare facientes. Aut fa
cti sunt margines ꝓcauitatuz ossiū i quas
ingrediūt de ossib⁹ iūcturarū: q̄re fiūt cō
cauitates pstrate sup q̄s nō est distinctio.

¶Ostēdit hoies q̄ sunt magis apti ad dislocationē. ⁊ dicit
sic: q̄ de hoibus est quidā q̄ est ꝓparat⁹ dislocatiōi in iun
cturis suis. Et rō est: q̄ cōcauitates ossiū siue iūcturaruz
nō sunt pfunde: ⁊ bucelle que ingrediūtur istas cōcauita
tes nō sunt intrātes in creatiōe sua in illas iūcturas. ⁊ sic

os minutū.aut p sed:z humidū est suscipiēs extēsionē.s. faciliter.aut.s.isti hoies sūt apti ad dislocationē.ppter q3 multe humiditates viscose sunt effuse ad iuncturas isti⁹ hominis:aut.i.sunt apti ad dislocandū:ppter q3 margines concauitatis ossium istorum hominū sunt fracti:quare si unt concauitates prostrate.i.plane:super quas non est distinctio. ¶Deinde cum dicit:

¶Et de iūcturis quidē sunt iūcture facilis dislocationis. ⁊t de eis sunt iuncture praue dislocatiōis: et de eis sunt medie. Facilis ergo sicut iunctura poplitis propter lenitatē ligamēti sui:qm ipa ē creata lenis ligamenti propter iuuamēta scita ī anathomia.ergo fit ppter illō facilis dislocatiōis:ēt ppter illud sustētat cū pila.et fit iterū facilis reditiōis ad salutem nā facilitas reditionis est fm quantitatē facilitatis dislocationis:z difficultas ei⁹ est fm difficultatē ei⁹.z iūctura humeri ē prima ei in macilētis nō in pinguibus. Praue vero dislocationis sunt sicut iunctura digitorū:ipse eīn fortasse nō dislocant:īmo frangunt anteq3 dislocent. et sicut iūctura cubiti:z ppter illud reditio eius est praua. Medie vero sūt sicut iuncture anche. Et q̄nq3 accidit vt fiat facilis dislocationis que nō est facilis dislocationis ppter aliquā causarū:quare fit etiā facilis reditionis sicut accidit vt fiat pixis anche plena humiditate. quare fit facilis eius dislocatio:z cū hoc fit facilis ei⁹ reditio sīē accidit hūtib⁹ venā vese:q̄re ei omni hora dislocat ei⁹ ancha et redit p quēlibet laborē:deinde dislocatur postea redit z hoc indiget cauterio ⁊ non alio remedio. Deinde cum dicit:

¶Ostendit que iuncture sunt faciles ad dislocandū.z dicē sic:q̄ de iūcturis quedā sūt q̄ sunt facilis dislocatōis: z q̄dam sunt medie: vt q3 nō sic faciliter dislocant. Et facilis dislocatōis est.s.iūctura poplitis.i.geniculi:z hoc est:q3 ista iūctura est ligata cū leui ligamēto ppter iuuamenta scita in anathomia:z sic ppter hoc fit facilis dislocatōis sc3 ista iunctura:z ē facilis restauratōis: q3 oīe membrū quod faciliter dislocatur faciliter restauratur:et facilitas restaurationis ē fm q̄ntitatē facilitatis dislocatōis:z difficultas restaurationis est fm difficultatē dislocatōis:z iunctura humeri est prima iūcture poplitis ad restaurandum. et subdit q̄ membrū q̄ est praue dislocationis q̄ istud membrū est facilis dislocatōis ppter aliquā cām:tunc fit etiā istud membrū facilis restaurationis. Exemplū:sicut accidit vt pixis anche fuit plena hūiditate:z fit facilis ei⁹ dislocatio:z cū hoc faciliter restauratur: sicut accidit habentib⁹ venā vase.i.varices ppe anchā:quare ancha illius dislocatur vna hora post aliā z redit faciliter. deinde iterū dislocatur postea redit: z talis in cura indiget cauterio z non alio remedio. Deinde cum dicit:

¶Et prauior dislocatio est cū qua abscindunt capita frustorū ossis qō cōglutinat os cū osse et parū reuertit ad dispōz suam naturalē:et p̄mū illius fit in capite anche:deinde in capite adiutorij et i duobus focilib⁹ duorū pedū apud calcaneū. Et dislocatio quidē est fedior q3 fractura cum neq3 redit dislocatio neq3 restauratur fractura.

¶Ponit duos canones z dicit sic de p̄mo: q̄ illa est prauior dislocatio cū qua capita ossiū abscindunt:qō caput cōglutinat os cū osse.z ista dislocatio nō redit ad suā dispositionē naturalē.z talis dislocatio plurimuz fit in capite anche z in capite adiutorij vt in cubito: z in duob⁹ focilibus duoz pedū apud calcaneū. Et subdit de secūdo cāno. q̄ fedior dislocatio q3 p fractura est illa cum neq3 dislocatio redit:neq3 fractura restauratur.

¶De signis dislocationis vniuersalibus. Capm.ij.

Accidit in iunctura inclinatio z p
a funditas insolita sicut accidit accidens apparēs in magnitudie carnis spatule et in dislocatione iūcture pedis et magis apparēs q3 illa que est iunctura colli.et coparatio est ex illis que extrahūt illud extractiōe sana.et est vt cōsideres locū infirmū cū sorore sua sana illius infirmi eiusdē nō alteri⁹.et cū videris iuncturā nō moueri:tūc iudica q̄ dislocata est dislocatione integra: sicut q̄n monetur motu suo ad oēs ptes et peruenit ad omnes fines suos non est cum ea egritudo pendens cum separatione.

¶Postq̄ capto vū de dislocatōe ponit signa dislocationis.z diuiditur in ptes tres:quia p̄mo ponit signa dislocationis vlis.secūdo ponit signa cotorsionis. tertio ponit signa additiōis lōgitudinis iūcture.secūda ibi. Et vt videatur.tertia ibi:Signa aūt eius.Dicit sic de p̄ma pte: q̄ si iūctura dislocatur accidit in ea inclinatio z pfunditas insolita:sicut accidit in magnitudine carnis spatule z in dislocatione iuncture pedis:z magis apparens q3 illa q̄ accidit in iunctura colli:vt q̄n os dislocatur ad partē exteriorē facit gibbositatē:z si vis cognoscere partē infirmam os te cōparare ad partē sanā:vt consideres iuncturā infirmam cu sorore sua sana illi⁹ eiusdē infirmi z nō alterius. Et si tu videris iūcturā nō moueri iudica q̄ est dislocata dislocatiōe integra:sicut si iūctura moueret motu suo ad oēs partes:z puenit ad oēs fines suos:nō est tunc in iuncture egritudo pendens cum sepatione.i. dislocatione.

¶De signis declinationis. Capitulum.iij.

Et vt videat cōcauitas cum au
e gmento alterius lateris et puet ī sensu augmēto: qō fuit sensatum ad interiora in huiusmodi cum hoc q̄ q̄dam motus est possibilis.

¶Ponit signa cōtorsionis.z dicit sic:q̄ signū declinatōis

idest cõtorsiõis: est vt videat cõcauitas cũ augmẽto lateris alteri⁹: et illud augmentũ qõ fuit sensatũ in iunctura p uetur sensu. i. quia nõ videatur nec tangatur: et cũ tali declinatione est motus quidã membri possibilis.

¶De signis additionis longitudinis iuncture absq; dislocatione. Capitulum.nij.

Signũ ei⁹ est vt sit sicut suspensa: cũ ergo cõpresseris eã ad mẽsurã suã naturalẽ absq; labore: si vero dimiseris eã redit ad mẽsurã suã accidentalẽ: et accidit ꝓfunditas in quã fortasse ingreditur digitus: vbi non est caro vehementis multitudinis sicut humerus.

¶Ponit signa additiõis lõgitudinis iũcture. et dicit sic. q signũ additiõis lõgitudinis iuncture absq; dislocatione ẽ vt iũctura sit sicut suspensa: et cũ cõpresseris cõprimendũ istã iuncturã redit ad mensurã suã naturalẽ: et qñq; in iũctura accidit ꝓfunditas in quã ingreditur digitus: et hoc in illis iuncturis vbi non est caro vehementis multitudinis sicut humerus.

¶De curatione declinationis et dislocationis. Ca.v.

On euacuat qn dislocatio: aut peruenit ad modicũ singularis: aut cõposita cum egritudine alia ex vlcere et vulnere et apostemate et alijs.

¶Ponit capitulũ vle de cura dislocationis. et duo facit. quia primo ponit curã vlem de dislocatõne. secundo ponit curã de ꝓtorsiõe. tertio ponit curã elõgatiõis iũcture secũda ibi: Et declinatõi iterũ. tertia ibi: Oportet vt reducatur. Prima in duas. quia ꝑmo Auic. ꝑmittit intẽtiõez suã. secũdo exequitur ponẽdo curã. secũda ibi. Q; si fuerit cũ alia. Dicit sic de ꝑma parte: q; dislocatio nõ eũatur quin perueniat ad modicũ singularis. i. simplex aut composita egritudine alia vt si esset composita dislocatio cuz vlcẽ aut cũ apãte: aut cũ vulnere aut alijs. Deide cũ dic:

¶Qõ si fuerit cũ alia: tũc oportebit vt cõsideres: qñ si dislocatio fuerit ex illis q̃ redeũt cũ tẽsione leui nõ faciẽte dolere vlcus dolore vehemẽti q̃ pducit ad apãa nõ tolerabile fac redire dislocationem: et si res fuerit ecõtrario tũc oportet vt curet in ꝑmis vlcus: aut vuln⁹: deinde cura dislocationẽ et ꝓprie in iũcturis difficilib⁹. Cũ vero volum⁹ curare dislocationẽ tũc fortasse pducit illud ad spasmũ maximũ fm pl'm. et proprie qñ dislocatio est i mẽbris proximis mẽbris ꝓncipalib⁹: et sil'r est dispositio ĩ apatib⁹ in qb⁹ est regimen fm q nos exprimur. Nã si res fuerit facilis et non cõmouet ex ea dolor. neq; reditio cũ ea est difficilis restauram⁹ dislocationez et nõ curam⁹. Si aũt accidit dolor tũc oportet vt nõ ꝑsumam⁹: et si fecerimus tũc oportet vt destruam⁹ ligaturã si fuerit dolorosa. Qõ si ingrediat cũ facilitate curabim⁹ apostema iterum et vlcus.

¶Exequitur ponẽdo curã: et duas facit. qz ꝑmo ponit curam. secũdo cano. curatiuos dislocatiõis simplicis. secunda ibi: Dislocatiõis aũt. Prima in duas: quia ꝑmo Auic. ponit cañ. curatiuũ qñ dislocatio esset cõposita cũ vulnere aut apãte. secũdo ponit cañ. curatiuũ qñ dislocatio eẽt cõposita cum fractura. secunda ibi: Et si fuerit dislocatio fractura. Dicit sic de prima parte: q; si dislocatio fuerit composita cum alia egritudine: tũc oportet vt tu consideres: quoniam si dislocatio fuerit ex illis dislocationibus que restaurãtur faciliter et cũ tẽsione leui nõ faciẽdo dolere vlcus dolore vehemẽti: q dolor ꝓducat ad apãa intolerabile tũc fac redire dislocationẽ: deinde cura aliã egritudinem. Et si dislocatio fuerit ex illis dislocationib⁹ que restaurãtur cũ difficultate et cũ tẽsione forti: oportet anteqũ curetur dislocatio vt curetur in ꝑmis vlcus aut vulnus: deinde cura dislocationẽ: qñ si volum⁹ ꝑmo curare dislocationẽ istã tũc fortasse ꝓducit ad spasmũ: et ꝓprie qñ esset dislocatio prima mẽbri ꝓncipalis⁹. Et sicut dictũ est de dislocatõe cõposita cũ vulnere: ita oportet vt itelligat de dislocatõe cõposita cũ apãte. nã si dislocatio cõposita cũ apãte fuerit de dislocationib⁹ q̃ faciliter restaurantur sine extẽsione vehemẽti restauretur ꝑmo dislocatio: deinde curetur ipa. Si aũt accidit ꝓpter restaurationẽ dolor. tũc nõ ꝑsumam⁹ ad curandũ dislocationẽ. Et subdit. q; si nos fecerimus: vt qz curam⁹ dislocationẽ oportet vt soluatur ligatura si fuerit dolorosa. Et subdit q; si iuncturа ingrediatur cum facilitate curabimus iterum apostema et vlcus. ¶Deinde cum dicit:

¶Et si fuerit dislocatio et fractura simul et fuerit tensio ĩ parte vna ꝑmittens regimen vtriusq; rei fiat. Et sapiẽs quidem narrauit q; cecidit lapis sup extremitatez humeri bois: et vulnerata est cutis et caro donec appuit extremitas lacerti nuda: et iam dislocatũ erat subtus eã caput furcule. tunc ergo qdã stolido⁹ experimentator rũ occupat⁹ est i equãdo os et reduxit sup ipm carnẽ et cutẽ: et ẽplastrauit et strinxit: quare accidit vt feteret caro et corrumpet ꝓpter vicinitatẽ suã os donec factũ est viride. Et nõ sciuit q; oz vt huiusmodi caro abscindat et coquat ille locus cũ oleo feruente. et sili si fuerit illic apa magnum opz vt curet apostema in primis.

¶Ponit cañ. curatiuũ qñ dislocatio fuerit cõposita cum fractura. et dicit sic: q; si dislocatio fuerit cõposita cum fractura ita q; si fuerit taliter in vna parte q; ꝑmittat curam fracture simul cũ dislocatione fiat. et subdit q; quidã sapiens dixit q; quidã narrauit q; lapis cecidit supra extremitatẽ humeri homis et vulnerata est cutis et caro donec appareret extremitas lacerti nuda: et sub humero erat dislocatũ caput furcule: tũc quidã medicus stolidus est occupatus in restaurãdo os et reduxit super os carnẽ et emplastrauit et restrinxit: quare accidit vt feteret caro: et corrũperet donec factũ est os viride: et nõ sciuit iste medicus curare istã corruptionẽ ossis: ita vt coquerer locũ cum oleo calido: et ettã nescuit q; qñ est apostema magnũ oportet vt in primis curetur apostema: deinde dislocatio.

¶Deinde cum dicit:

¶In dislocationis aūt singularis ⁊ simplicis rectificatiōe regimen est vt tendat ad contrariū ꝓtis a qua sepatū est donec opponat extremitas ossis extremitati ossis alteri⁹: deinde reducat ad locū a quo exiuit: et tūc redit. Et multotiēs quidē significat illud vox que audit. deinde ligetur et in ligatura est securitas ab apāte aut adiutoriū ne apostemet. et necessitas ad prohibēdū apā laboriosum est maior et abhorret vt mēbro obuiēt pāni calidi qñ ipsi calefaciūt ⁊ addūt in apāte. imo opz vt sint infusi cerato ifrigidato: aut vino pōtico. verūtī ¶Hypo. iussit vt tardet tensio et reditio vsq; ad diē tertiū ⁊ quartum nisi in diebus exceptis.

¶Ponit cañ. curatiuos dislocatiōis simplicis. ⁊ dicit sic: ꝙ in rectificatione dislocatōis singularis simplicis est regimen ⁊ est vt iūctura extēdatur ad partē cōtrariā ab illa a qua est sepata donec reducat ad locū a quo exiuit. et tūc redit: ⁊ multotiēs significat reditionē iuncture vox q̄ auditur. deinde postq̄z reducta ē ligetur: qñ ligatura adiuuat ne membrū apostemetur. Et subdit ꝙ maior necessitas q̄ sit: est vt ꝓhibeatur ne in iūctura accidat apā laboriosum: et iō abhorretur ne mēbro obuiēt pānculi: qñ ipi calefaciunt ⁊ addūt in apāte: imo oportet vt isti pāni sint infusi ceroto infrigidato: aut vino pontico. i. stiptico. Sed ¶Hypo. iussit vt tardetur restauratio vsq; ad diē tertiū vel q̄rtum: nisi in dieb⁹ exceptis. i. in certis iuncturis in quibus oportet vt immediate fiat restauratio.

¶Et declinatiōi itez necessaria sunt huiusmodi: deinde ligēt. et qñ mēbrū dislocat in omni motu et quotiēs redit dislocatur: tunc illud est ꝓpter mollificationem ⁊ humiditatē: q̄re indiget cauterio.

¶Ponit curā torsionis. ⁊ duo facit. quia ꝓmo facit hoc. secundo subiūgit quoddā. secūda ibi: Et qñ remanet. Dicit sic de ꝓma ꝑte: ꝙ declinatōi itez sunt necessaria hmōi. i. supius dicta. Et subdit ꝙ qñ membrū dislocatur ex omni motu: ⁊ quotiēs redit dislocatur: tūc illud est ꝓpter mollificationē ⁊ humiditatē quare indiget cauterio ⁊ nō alio: et hoc vt deficcetur illa humiditas. ¶Deinde cum dicit:

¶Et qñ remanet post reditionē dislocationi: aut sepationi durities et quasi apa administra epithimata ⁊ embrocas lenificantia. In inceptiōe vero indiget epithimatib⁹ et embrocis cōfortātib⁹. ⁊ melius est vt embrocet sup strictūrā ꝑculdubio: in hyeme quidem cū oleo calefacto quod sit ex oleis confortantibus: et i estate cum aqua frigida.

¶Subiūgit quddā ⁊ dicit sic: ꝙ si post restaurationē remanet durities in iunctura ⁊ quasi apa: debes ministrare epithimata ⁊ embrocas lenificatiuas: ⁊ in primo indiget embrocis confortātibus: ⁊ melius est vt membrū embrocetur in hyeme cū oleo calefacto: ⁊ in estate cum aqua frigida. ¶Deinde cum dicit:

¶Et oportet vt sit cibatio in dislocatis cū eo qō cōfortat iūcturā et ligat eam ꝓm similitudinem necessitatis.

¶Subiūgit aliud ⁊ dicit sic: ꝙ cibatio in dislocatione oportet vt fit cum eo qō cōfortat sicut essent extremitates a alium. ⁊ est quod confortat iunctura ⁊ ligat eā ꝓm firmitudinem necessitatis.

¶De curatione elongationis iuncture. Capl'm. vj.

Portet vt reuocet os mollificatū
o ad interiora illius in quo quiescit
a quo mollificatū est: ⁊ emplastretur cū emplastris in quib⁹ est virtus stipti
ca cōmixtis cū eis que habent virtutem calefactiuā sicut si misceāt galle: et balaustie et acatia et similia sicut cū aliquātulo camphore et costi ⁊ vnce. Et itez suffi
ciat qō est sicut nux cupressi et iuniperus et reliqua que cadūt in emplastris ruptu
re: deinde stringatur sicut caput.

¶Ponit curā elongatōis iuncture. ⁊ dicit sic: ꝙ os mollificatū. i. elongatū oportet vt reducatur ad interiora illius a quo est mollificatū: ⁊ postea empl'etur cū emplastris in quibus sit virtus stiptica cōmixtis cū eis illis que habent virtutē calefactiuā: ⁊ ponit ea ⁊ sunt nota ad litteram.

¶De dislocatione mandibule. Capl'm. vij.

Cidit mādibule inferiori vt dis
a locet ab ordine suo: quare remanet os apertū q̄zuis sit illud de illis que paz fiūt et non accidit casu cōplet
o. Et cū dislocat: inclinat ad anteriora ex cōtrario ei⁹ quod accidit apud mollificationē que fortasse accidit ei apud saltum et est applicatio vni⁹ coz ad aliā difficilis licet nō priuet motu cū lacertis sius qui veniunt ei a posteriorib⁹. Et qñq; accidit dislocatio ex latere vno: est ergo tunc forma significās ipam cū declinatio mādibule ē ad anteriora cū trāsuersatōe.

¶Posito cap. vñ de dislocatiōe ⁊ cura eius: determinat ꝺ dislocatiōe magis ꝑticulari. et diuidit in ꝑtes tot de q̄t membris determinat. partes patēt inferius. ¶Istud cap. est de dislocatione mādibule. ⁊ duo facit. quia ꝓmo ꝓsit signa dislocatiōis mādibule. secūdo ponit curā. secda ibi: Et curatio quidē vna. Dicit sic de ꝓma parte: ꝙ mādibule inferioi accidit vt dislocetur ab ordine suo: quare os manet apertū: licet talis dislocatio paz accidat. Et sic tale membrū nō dislocatur pfecte. Et qñ mādibula relaxatur que relaxatio fortasse accidit ei apud saltū. ⁊ subdit ꝙ applicatio vni⁹ mādibulaz ad aliā est difficilis: licet ista mandibula dislocetur ex vno latere. Et est forma significans istam dislocationem: quia mandibula est transuer-

sata ad anteriora. ¶Deinde cum dicit:

¶Et curatio quidē ē vna. Et est de sūma ei⁹ qō indiget vt festinet ad reducēdum ip̄m: et si nō: pducet ad egritudines et nocumēta: et cū hoc fit prava ei⁹ reditio. nā facilior reditio ei⁹ ē illa que ē velocior. q̄ si differat indurat z apostemat z extēdit lacertos et cōmouet febres insepabiles z dolorē capitis stantē ꝓpter illud qō associat ei ve vehemētia tensiōis lacertoꝝ. z fortasse fit res prava donec interficit i decimo. Et q̄nq̄ accidit vt soluat ei venter cū supfluitatib⁹ colericis multis puris et enomat sīle eis: quare oportet vt festinetur ad curam.

¶Ponit curā dislocatiōis mandibule. z tria facit. q̄ ꝑmo dicit. ꝑmittit illud. scō ponit curā. tertio subiūgit quēdaz cāa. scā ibi: Et mod⁹ ei⁹ ē. tertia ibi: Et signū eōtiōis ei⁹. Dicit sic de ꝑma pte. q̄ q̄luercūq̄ fit dislocatio mādibule curatio est vna: z talis dislocatio indiget vt festinet ad reducendū: q̄n si nō reducit festināter pducet ad egritudines z nocumēta: z prava fiet reductio ei⁹. nā facilior ei⁹ reductio est illa q̄ fit velociter. nā si differat indurat z apat et extēdit lacertos: z cōmouet febrē z dolorē capit: firmū et fortasse fit res prava donec interficit in decimo. Et q̄nq̄ soluit ei vēter cū supfluitatib⁹ colericis z vomit⁹ fīlis supfluitatib⁹ colerici: q̄re oz vt festiet ad curā ei⁹. Deiū cū dic:

¶Et modus regiminis ei⁹ ē vt teneat vn⁹ caput ei⁹: deinde intromittit restaurator pollicē suū in os et cōuenit infirmo mollificare mādibulā suā ex oī modo. nā illic sunt lacerti qui iā trāsuersati sūt ꝓpter vehemētiā dislocatiōis: postea moueat mādibulā dextrā et sinistrā: deinde extendat eā subito: deiīde reducat eā. Et ipa quidem nō intrat ad illud a quo sepata est nisi retro: quare oportet vt extēdat eam ita vt equet ꝑm illam preparationem.

¶Ponit curā z dicit sic: q̄ modus dislocationis dislocate mādibule est: vt vn⁹ hō teneat caput infirmi z restaurator intromittat pollicē suū in os infirmi ita q̄ ꝑmo infirmus mollificauerit mādibulā p oēm modū: nā illic sunt lacerti qui iā sūt trāuersati ꝓpter vehemētiā dislocatiōis. postea restaurator moueat mādibulā dextrā z sinistrā. deide restaurator extēdat mādibulā subito: postea impellat eam ad locū suū. Et subdit q̄ mādibula nō intrat ad locū suū nisi retro: z sic oz vt mādibula extēdat: z reducat ꝑm istā ꝓparationē. s. dictam. ¶Deinde cum dicit:

¶Et signū equatiōis ei⁹ est equatio quadruplex et cooptura et clausio oris: deinde sustentet cū pululliis et cerato ex cera et oleo ro. deinde dimittit eā q̄n sanabit q̄ velociꝰ est possibile. Si aūt nō festinet fiat et iā acciderit durities oportebit tūc vt incipias et lenias duritiē cū embrocis ex aqua calida et oleo in balneo embrocatiōe plurima donec leniat. deinde sede at restaurator post infirmū z trahat mādibulā ei⁹ ad posteriora dōec locet z stringat.

¶Subiūgu quosdā cāa. ꝑmo ponit ꝑmū. scō ponit cōm scōa ibi: Et post illud. Dicit sic de ꝑmo cāa. q̄ signum q̄n mādibula est equata ē: quia quattuor ossa mādibulaꝝ sūt equata: z infirmus claudit os: deinde post reductionem mādibule oz vt fiat strictura z sustētet cū pululliis z cerato z cera z oleo ro. deinde dimittat eā q̄n sanabit q̄ velocius est possibile. Et subdit q̄ si restauratio mādibule nō fiat festine: z iā acciderit durities: oz tūc vt lenias duritiez cū embrocis cū aqua calida z olco in balneo embrocatione plurima donec leniat. Et restaurator debz sedere post infirmū et trahat mandibulā ad posteriora donec diligēter ligetur z stringatur. ¶Deinde cum dicit:

¶Et oportet post illud vt resupinet eger sup puluinar cui⁹ impletio fit lenis z tenet at vn⁹ caput eius vt non moueatur vsq̄ quo compleatur sanatio.

¶Ponit aliū cāa. z dicit sic: q̄ postq̄ mādibula restaurata fuerit eger resupinet sup puluinar: impletio cui⁹ fit ex re humili z leni: z vnus teneat caput eius: z nō moueatur caput vsq̄ quo compleatur sanatio.

¶De dislocatione furcule. Caplm. viij.

¶Aquit: furcula non sepatur a latere interiore: q̄n ipsa est cōtinuata cū pectore nō sepata ab eo. et propter hoc nō mouet ex hoc latere. et si percutiatur deforis pcussione vehementi et stringat: tūc ipsa equat et curat curatōe qua curat si frangit. Verūtamen extremitas ei⁹ que sequit humeꝝ et sepat ex eo nō dislocat plurimū: q̄n lacert⁹ qui habet duo capita phibet eā ab hoc: z phibet eā iteꝝ caput spatule: et nō mouet iterū furcula motu vehemēti q̄n ipsa nō est posita nisi vt sepet pectus z amplificet ipsum. z propter hoc est furcula facta homini soli inter aliqua animalia.

¶Posito capitulo de dislocatiōe mādibule: ponit caplm de dislocatione furcule. z duo facit: q̄ ꝑmo ostēdit quō dislocat furcula. scō ostēdit curā dislocationis furcule. scā ibi: Et si accidat ei dislocatio ex luctamine. Dicit sic de ꝑma pte: q̄ furcula nō sepatur a latere superiori: q̄n furcula ē cōtinuata cū pectore: z sic pectus nō ꝑmittit eā dislocari. Et subdit: q̄ si furcula dislocat a pte exteriori z cōprimatur deforis cōpressione vehemēti z stringat: tūc equat z curatur eadē cura cū qua curat si frangit. Et subdit q̄ extremitas furcule que sequit humerū nō dislocatur sed sepatur ab humero: q̄n lacertus habēs duo capita phibet eā ab ista dislocatiōe: z phibet eā iteꝝ caput spatule: z etiaz furcula nō mouet motu vehementi quo possit dislocari. furcula nō est posita ꝓpter aliud nisi vt āplificet pect⁹. et nō inter oīa aīalia soli hoī ē facta furcula. ¶Deide cū dic:

¶Et si accidit ei dislocatio ex luctamine

aut ex re alia simili huic tūc ipsa equatur et ingredit ad locum suū cum manu aut puluillis plurimis qui ponūtur super eā cum ligatura que necessaria est. Et rectificat hec cura extremitates humeri iterū cum separant et reducit eas ad locū suū: et illud quo ligant furcula et humerus ē os cartilaginosum: et ipsum ingrossatur in macilentis. et quādo remouetur existimat ille cui nō est experiētia q caput adiutorij iam separatū sit aut exiuit de loco suo: et q caput spatule videtur tunc acutius et videtur locus qui est ea inferior cōcauus: verū oportet vt distinguatur cum significationib⁹. De curatiōe ei⁹ ē vt nullo mō applicet ad caput: et sil⁹ humerus.

¶ Ponit curam furcule. z dicit sic: q si furcule accidat dislocatio ex luctamine aut ex re alia simili huic: tunc p̄mo oportet q equetur z ingrediatur ad locum suum cū manu aut cum puluillis plurimis qui ponuntur super furculas cuz ligatura necessaria: z hec cura rectificat etiam extremitatē humeri cum separatur. Et subdit q illud q̄ humerus z furcula ligantur est os cartilaginosum. z tale os ingrossatur in macilētis. Et quādo remouetur os istō a loco suo: extimat ille cui non est experientia q sit dislocatum caput adiutorij: qm̄ caput spatule videtur tūc acutum z locus qui est inferior eo videtur concauus: verum oportet vt distinguatur cum significatōmbus. Et subdit: q quando extremitas furcule vel humeri dislocatur nullo modo humerus debet eleuari ad caput qm̄ prohibet restaurationem z debitam cōiunctionem partium.

¶ De dislocatione humeri. Cap'm. ix.

Humerus quandoqz dislocat: aut in dislocatione spatula ambigit z magnificatur si dislocatur: veruz quandoqz accidit iuncture humeri z adiutorio vt dislocetur facile: quoniā eius concauitas nō est profunda et ligamēta eius non sunt firma: immo sunt leuia subtilia posita p̄pter illud facilis motus.

¶ Ponit capitulū de dislocatione humeri. z tria facit: q̄ primo ostendit quot modis humerus dislocatur. secūdo ponit signa dislocationis humeri. tertio ponit eius curā. secunda ibi: Signū eius est. tertia ibi: Curatio quidem illius. Prima in duo. quia primo facit quod dictum est. secundo ponit duos canones: secūda ibi: Et quandoqz accidit. Prima in duo. quia primo Alu. premittit. secundo exequitur. secunda ibi: Et eius dislocatio. Dicit sic de p̄ma parte q̄ humerus quandoq; dislocatur: z dubitatur nunquid spatula dislocetur: z si dislocatur est dislocatio magna. Et subdit q quandoqz accidit iuncture humeri vt facile dislocetur ex adiutorio eius: z ratio: quia iuncura in quam ingreditur adiutorium non est profunda: z ligamenta istius facilis non sunt firma: immo sunt lenia subtilia apposita: Et propter id oportet vt adiutorium fit facilis motus. Et notandū q̄ humerus habet duas partes quarum vna alligatur cum furcula z cum spatula: z est pars superior: z alia est pars inferior que nominatur focile: q̄ intrat in partem superiorem: z ambe iste partes possunt dislocari. ¶ Deinde cum dicit:

Et eius dislocatio est res in qua nō accidit in eo quod scimus nisi ſm partem vnam exitus apparens plurim⁹: ipsa eñ non dislocatur ad superiora: quoniā eminentia humeri prohibet ipsam: neqz ad posteriora quoniā spatula prohibet eam: neqz ad partem ventris quoniā lacertus habens duo capita ex anteriori non permittit eam cū prohibitōne capitis humeri. Verum nō dislocatur nisi ad latus domesticum aut siluestre. Et separatur ad illud separatione parua. Ad latus vero interius ingreditur quandoqz exitu plurimo et proprie in extenuatis macilētis. in istis enim cadit dislocatio adiutorij et eius reditio per quamlibet causam: z res vtreqz sunt in pinguib⁹ praue valde.

¶ Ostendit q̄ modis potest humerus dislocari. z dicit sic: q̄ humerus non dislocatur nisi ſm vnam partē: z ad talem par. ē est exitus eius plurimus z apparens: z humerus non potest dislocari ad superiora: quoniam iuncura superior humeri prohibet istam dislocationē: z non dislocatur humerus ad posteriora: quoniam spatula prohibet istam dislocationē: neqz humerus dislocatur ad partem ventris ex anteriori: quoniā lacertus habens duo capita prohibet dislocationē istā. Verū humerus nō dislocatur nisi ad latus domesticuz aut siluestre: z separat ad ista latera separatione parua: sed ad latus inferius egreditur exitu plurimo z proprie in macilētis: qm̄ in macilētis cadit dislocatio z reditio humeri p̄pter quālibet causam: z in pinguibus talis dislocatio z reductio sunt praue. ¶ Deinde cum dicit:

Et quandoqz accidit adiutorio dislocatio in hora partus difficilis et apud sectionem ab embrione: deinde si nō redit velociter non crescit post illud in longitudine et remanet post illud cubitus paru⁹ q̄uis rectificet: z quandoqz non recipit etiaz in quibusdam eorū: immo remanet breuis minutus minutū habens adiutorium: et brachiū in pluribus eorum recipit et fit bone dispositionis in pluribus eor: sed est ſm dispositionē breuē similis pedi mustele. Cora vero nō euacuatur a duobus diminutionibus simul.

¶ Ponit duos canō. ibi ponit sēm: Et qñqz accidit adiutorio. Dicit sic de p̄ma parte. quandoqz in hora partus difficilis accidit dislocatio adiutorio embrionis apud separationem eius a matrice: si talis dislocatio nō restaurat velociter: tunc nō crescit illud membrū dislocatū in longitudine. Et dato q̄ rectificetur cubitus si dislocatur remanet paruus: et in pluribus eor adiutoriū si dislocat non recipit restaurationē: immo remanet breuis minutus ha

bene minutū adiutoriū ⁊ brachiū. Et subdit q̄ si adiutoriū recipit restaurationē: ⁊ sit bene disponis tū remanet adiutoriū breue simile pedi musteli: ⁊ si in tali hora dislocat coxa nō euacuat gn remaneat diminuta: vel si restauratur: vel si nō restaurat. Deinde cum dicit.

¶ Et qñ accidit adiutorio fractura in latitudine sua deide restauratur tūc nō est possibile reducere dislocationez eius nisi ⁊ frangatur restauratio.

¶ Ponit scōm cañ. ⁊ dicit sic: q̄ qñ adiutoriū frangit in latitudine: deinde restaurat tunc si dislocat nō est pole reducere dislocationē: nisi frangat restauratio.

¶ De signis dislocatiōis adiutorij. Cap. x.

Signuz ei⁹ est vt videat cōcauitas apō caput hūeri ⁊ i firmamēto verū istud nō est ppriū isti: imo ē itez pp̄ uersionē capitis spatule ⁊ vī extremitas hūeri alteri⁹ acutior hac extremitate si nō acciderit ei itez separatio in seipa aut i osse qō est caput ei⁹ p offēsionē aut p aliud. Et qñq̄z sedat cū curatiōe lesio ei⁹ ⁊ existimat q̄ nō sit lesio cuz eo. Et vī capiti adiutorij dislocatio cū eminētia plima i pte subascelle ad iferiora: ⁊ fortasse est pole in ifantib⁹ vt equet caput adiutorij ⁊ videat adiutoriū nō bñ annexū lateri bonitate ānexiōis man⁹ sane ad quā nō appropinq̄t nisi cū labore ⁊ dolore vehemēti. Qō si desiderat eleuare manū ad supiora ⁊ tāgere aurē suā nō p̄parat ei: ⁊ difficiles fūt ei mot⁹ alij. Et ista signa iterum quādoq̄z accidunt propter torsionē ⁊ apostema ⁊ percussionem.

¶ Ponit signa dislocatiōis hūeri ⁊ sic dicit: q̄ signū p q̄ō cognoscit dislocatio adiutorij ē vt videat cōcauitas apō caput humeri ⁊ videat ifirmatio: verūtū ista concauitas apud caput hūeri nō ē ppriū signū dislocatiōis adiutorij ⁊mo accidit ista cōcauitas ppter cōuersionē spatule ⁊ vī extremitas humeri sam acutior. i. altior extremitate hūeri ifirmi nisi sana dislocet aut accidit dislocatio in osse qō est caput spatule aut p offensionē aut p aliud. Et subdit q̄ qñq̄z curatiōe sedat lesio istius ossis ⁊ extimat q̄ nō sit lesio in eo. Et qñ adiutoriū dislocat in pte subascelle vī dislocatio magna. Et subdit q̄ fortasse ē possibile vt i ifantibus caput adiutorij equet: ⁊ tū nō videat bene annexum sicut ē pars sana: ad quā partē sanā nō appropiquat ps lesa nisi cū labore ⁊ dolore vehemēti: ⁊ si desiderat eleuare manū suā ad supiora ⁊ velit tangere aurē suā nō possit et etiā difficulter mouet illā ptē alijs motib⁹: ⁊ hmōi signa qñq̄z accidūt p torsionē ⁊ apostema aut p̄cussionē.

¶ De cura dislocatiōis adiutorij. Cap. xj.

Cratio qdez illi⁹ q̄ de illa est facil ⁊ i corpib⁹ infātiū ⁊ q leuia hūt corpora est vt extēdat cū manu ⁊ intromittat sub titillico apō ppingatē capitis adiutorij: deide teneat illā ppinquitatē ⁊ ipellat eā ad supiora ⁊ man⁹ alt̄a extēdat adiutoriū ad iferiora. Et fortasse ē pole i ifātib⁹ vt equet caput adiutorij cū digito medio ⁊ extēdat cū illa eadē mānu

¶ Posito ca. de dislocatiōe hūeri ⁊ signis ei⁹ ponit capitulū de cura: ⁊ duo facit: q: p̄mo ponit modū curatiōis istius dislocatiōis q̄ accidit corpib⁹ fortib⁹: scōa ibi. Que āt est vehemētioris. dicit sic de p̄ma pte: q̄ curatio illi⁹ dislocatiōis q̄ ē facilis ⁊ est i corpib⁹ ifantiū ⁊ coz q hūt corpora humida: ē vt extēdat illud os cū manu ⁊ caput adiutorij itromittat i locū suū ita q̄ vna man⁹ extēdat adiutoriū ad iferiora ⁊ reliq̄ man⁹ restauratoris intromittat caput adiutorij ad locū suū. Et fortasse ē pole vt adiutoriuz equet cū manu vt q: cū digito medio p̄emat caput adiutorij ⁊ cū alia manu extēdat adiutoriū. Deinde cū dicit.

¶ Que āt est vehemētioris dislocatiōis i corpib⁹ fortib⁹: leuioz mōz i illo est vt restauratoz itromittat pedē suū i lat⁹ ifirmi ⁊ locet calcaneū suū ppe caput adiutorij: aut pillā siccā: aut inūctā si fuerit apa ad herēs ppe caput adiutorij ifirmo resupino. Et extēdat manū manib⁹ suis fm rectitudinez q̄si velit eradicare eā ex spatula ⁊ inclinet manū suaz parūper ad interiora: ⁊ ingredietur: et iste est rectioz modoz oium et leniorum eorum.

¶ Ponit modū curatiōis isti⁹ dislocatiōis adiutorii qñ accidit in corpib⁹ fortib⁹. ⁊ duo facit: q: p̄mo facit qō dcm ē 2⁹. oñdit qd ē fiendū postq̄z redierit dislocatio ad locū suum. scōa ibi. Cū q redit dislocatio. p̄ma ps diuidit in ptes q̄ttuor: sic̄ q̄tuoz modos curatiōis ponit. scōa ibi. Et itez q̄rit vir fortis. tertia ibi. Et qñ fit puū. q̄rta ibi. Et medicatur. qnta ibi. dicit sic de p̄ma pte q̄ illa dislocatio q̄ ē vehemētioris dislocatiōis i corpibus fortib⁹ leuioz modorum equatiōis ē vt restauratoz itromittat pedē suū. i. calcaneū sub titillico ppe caput adiutorii: aut itromittat pillā siccā Et si fuerit apa i adiutorio mitte pillā aut pedē inūctum ⁊ restauratoz extēdat manū ifirmi manib⁹ suis ita q̄ infirmus iaceat resupine: ⁊ declinet parumper manū suaz ad interiora: ⁊ ille modus est rectioz modus oium modorū ⁊ leniorum eorum. Deinde cum dicit.

¶ Et itez q̄rat vir fortis lōgus lōgioz ifirmo ⁊ itromittat humez suū subascella infirmi ⁊ eleuet ipz a terra suspensū ab hūero suo ⁊ iā extendit manū ei⁹ ad ventrem ipsius. Qō si ifirm⁹ fuerit leuis pōderis cui⁹ corp⁹ nō grauet supmanuz ei⁹ suspendat cū eo aliq̄ō qō grauet ipm: ⁊ qñq̄z ponit loco pedis ppēdicularis eleuata sup terrā: ⁊ est sup caput ei⁹ pila ex pānis ⁊ ex corijs stans in opatiōe loco humeri viri: ⁊ restauratoz extendit manuz a latere alio et grauet virū si necessariū est ei illud cuz pondere: aut suspensione.

¶Ponit aliū modū curatiōis ⁊ dicit sic. q3 oz cē vnus vir fortis longus plusq3 ifirm⁹: ⁊ iste vir itromittat humerū suū subascella ifirmi ⁊ leuet ifirmū suspēsum a terra ⁊ extēdat manū ifirmi ad ventrē. Et si ifirm⁹ fuerit leuis ponderis apponat ad corp⁹ ifirmi aliqd qō grauet ipm ⁊ qñ q3 ponit pila sicca in hūero ifirmi: ⁊ facit opationē quam faciebat humerus viri. Et ali⁹ restaurator qñq3 grauet in istū virū sm q3 est necessariū. Deinde cum dicit.

¶Et qñ fit p3auū aut fit difficile ⁊ plōgat tps tūc fortasse idiges eo qō ē forti⁹ p⁹em brocatiōes ⁊ balneatiōes: ⁊ sit qñq3 istr3 sile manubrio sarculi: ⁊ ē vga breuis cui⁹ lōgitudo ē lōgitudo adiutorij: aut pl⁹ aut min⁹ sup cui⁹ caput ē pila: ⁊ ipsi⁹ pila facilior ē vt sit ex pānis ⁊ corijs: ⁊ ipellit cū illa vga illa spera sub titillico: ⁊ oz tūc cum volūtas ē vt fiat vt annectat vir forti istr3 titillico ipellēdo ip3 cū eo ad supiora aut duo viri donec resistāt restauratiōi extēdēti manū ⁊ teneat vir ali⁹ hūerū ei⁹ altērū vt nō sepet subito: aut ipellat illū hūerū ⁊ restaurator ille iā icepit extēdere manū ei⁹ ⁊ trahere eā ac si volūtate ei⁹ sit vt sepet eā a spatula eradicādo ⁊ sit illud ad añriora parūp. Et qñ fit illō cadit adiutoriū i iūctura sua: deiñ pila annectat titillico ānexiōe forti sustētādo ad supiora caput adiutorij: ⁊ oz vt sit sustētatio sm ip3 ⁊ spera sit sup illō qō seqt caput adiutorij in ifirmo: ⁊ opz vt i fine qō ē sub eo vt nō frangat adiutoriū: qñ nō ē pole post restaurationē eius vt redeat ad locuz suum ppter illud quod sciuisti.

¶Ponit 3m modū curatōis: ⁊ sic dic: q3 si dislocatio sit p3a ua ad reducēdū: ⁊ iā plōgatū fuerit ips tūc debes balnea re ⁊ embrocare mēbrū: deiñ ōbes hre vnū istr3 sicut vnū manubriū ⁊ ōbes hre vnā pilā scāz ex corijs aut pānis ⁊ ōbes ponē istā pilā sub titillico ⁊ ōbes ponē eā cū isto manubrio ⁊ vn⁹ oz stare ad equādū humer ⁊ alter oz extēdē manū ⁊ p3ahē eā fortiter ad iferiora. Deinde cū dicit.

¶Et medicat qñq3 cū scala itaut ponat caput adiutorij sup gradū scale q iā lenificat⁹ ē ⁊ ppar⁹ cū iuolutiōib⁹ sm formā ꝓueniētē: ⁊ suspēdit vir ex alio latere et extēdit man⁹ ⁊ igredit caput adiutorij in locū suū. Vel oz vt sit suspēsio ⁊ gradus scale pp caput adiutorij vt nō frāgat ⁊ fortasse pōit loco gradus ⁊ glomeris spicires potens ex illo eodez loco ⁊ nō remouetur ab eo ad locum aliuz: qñ timet ex hoc fractura adiutorij. Et curat qñq3 aliis modis deriuatis ex istis modis: ⁊ melior modoꝝ est modus primus.

¶Pōit 4m modū ⁊ sic dicit. q3 caput adiutorij oz pōi sup gradū scale q sit ppar⁹: ⁊ lenificat⁹ ⁊ iuolut⁹ pānis: ita vt nō ledat ⁊ ab alio latē oz extendi manus et igredi in locū suū. Et oz vt gradus scale bñ ponat iuxta caput adiutorij vt nō ledat aut vtat restrictor aliis mōis deriuatis ab istis: ⁊ melior modoꝝ ē modus primus. Deide cū dicit.

¶Cū ergo redit dislocatio ad locū suuz tūc melior ligatura ei⁹ ē vt liget pila cuz hūero ligatura fcā cū vittis latis, phibētibus sepationē ei⁹ qō redit: ⁊ opz vt penetret vitta sup ip3 aut vitta alia desup sm mōz cruris vsq3 ad hūer alter: ⁊ qñq3 cadit crux sup hūer ifirmū: deide ligat adiutoriū cū latere ad iferiora ⁊ ligat cubit⁹ ⁊ extremitas man⁹ ad supiora ex pte colli ⁊ nō resoluit vsq3 ad septimū aut p⁹ ip3 ⁊ ciba ip3 sic scis. Qō si assiduatio fiat quotiēs redit tūc necessariuz est cauteriū

¶Oñdit qd fiendū postq3 redit dislocatio: ⁊ dic sic. q3 cū redit dislocatio ad locū suū: tūc melior ligatura ē vt liget pila cū hūero. Et pōit modū ligatiōis q est not⁹ ad ifram

¶De dislocatiōe spatule. Cap. xij.

i Am dictū ē illō: ⁊ ē de illis quoꝝ casus non accidit ⁊ mirātur ex ea tales quales Hyp. ⁊ Gali.

¶Posito cap⁹: ō dislocatiōe humeri. ponit capl3 de dislocatiōe spatule: ⁊ dic sic. q3 de dislocatiōe spatule iā dictū est. s. i. ca⁹ de dislocatiōe humeri. Et spatula ē de illis quorū casus. i. dislocatio ñ accidit ⁊ de dislocatiōe spatule mirantur tales quales sunt Hyppo. ⁊ Gal.

¶De dislocatiōib⁹ ossis parui apud humerū. Cap. xiij.

a Cidit qñq3 ossi puo quod est caput hūeri vt separetur a loco suo. quare accidit etiam concauitas sicut in dislocatione.

¶Ponit ca⁹ de dislocatiōe ossis parui existētis apō hūeruz. 2. 2. facit q3 ꝑmo facit: qō dcm ē. 2° ponit ei⁹ curā. ibi. 2ª. Nō oz: dicit sic de ꝑma pte: q3 qñq3 accidit vt os puum qō ē caput humeri separet a loco suo: quare accidit concauitas sicut dislocaret. ¶De cura. Cap. xiij.

n Onoz vt extēdat tēsiōe fracti sed coartet ⁊ stringat cū digitis ⁊ inclinet ad locū suū ⁊ stringat sicut stringit furcula cū puluillis. Nā ipa ligatura iteꝝ qñq3 facit ip3 redire ad locū suū violenter: ⁊ nō curatur de illo qō est de vehementia illius ligature ⁊ seruatione eius sicut curat de eo in furcula.

¶Ponit curā ⁊ dicit sic: q3 nō oz qñ istō os ē separatuz vt extēdatur ac si eēt fractū: ip3 coartetur ⁊ cōstringat cuz digitis ⁊ inclinetur ad locū suū ⁊ istringat sicut stringit furcula cū puluillis qm ligatura qñq3 facit redire ip3 os ad locum suū violenter ⁊ nō curat in separatiōe istius ossis de ligatura vehemēti: sicut curatur de ligatura vehemēti in fractura furcule. ¶De dislocatiōe cubiti. Cap. xv.

Alius mẽbri dislocatio fit difficilis ⁊ fit difficilis ipsi⁹ reditio propter vehemẽtiã ligamẽtoꝝ contiⁿ nentiũ ipz ⁊ eoꝝ breuitatẽ ⁊ ꝓpter suam cõtrarietatẽ cõcauitati: ⁊ qñq; accidit ei separatio parua: ⁊ accidit ei dislocatio integra i quibusdã horis. Et qñ dislocatur significat ei⁹ dislocationẽ gibbositas i latere ⁊ arcuatio in latere: ⁊ deterior ei⁹ ẽ q; dislocaꝫ ad posteriora: qñ ẽ iobedientis curatiõis valde. Et plurima qdẽ dislocatio nõ accidit nisi i focili iferiori ⁊ ẽ turpior ⁊ fedior ꝓpter illõ qõ accidit ei de reditiõe: focili vero supiori paꝝ accit: et nõ ẽ cũ feditate dislocatõis iferior]: qñ ipz ẽ vehemẽtioris ꝓtinuitat] cũ vola ⁊ ẽ lõgigus ab hoc vt remoueaꝫ: ⁊ nõ est poſe vt dislocet vnũ duoꝝ fociliũ nisi elõgetur a secundo elongatione aliqua.

¶ Ponit capz de dislocatõe cubiti: ⁊. 2. facit: q; ꝑmo ꝑmittit capz. 2°. ponit caᵐ de cura. scõa ibi. Opz vt festinetur. dicit sic de ꝑma pte q; dislocatio cubiti fit difficilis ⁊ reditio ei⁹ fit difficilis ꝓpter vehemẽtiã ligamẽtoꝝ cõtinẽtiũ ipz ⁊ eoꝝ breuitatẽ: ppea: q; ꝓcauitas istiⁿ iũcture est ꝓtraria. Et subdit q; qñq; accit cubito sepatio pua: ⁊ qñq; dislocaꝫ cubitⁿ integre in qbusdã horis. Et qñ cubitⁿ dislocaꝫ figfiat dislocationẽ ei⁹ gibbositas in latere cubiti ⁊ arcuatio in latere. Et deterior dislocatio est illa q; fit ad posteriora: qñ est iobediẽtis reditõis valde. Et ꝑlima qdẽ dislocatio nõ accidit nisi in focili iferiori: ⁊ talis dislocatio ẽ fedior ⁊ turpior: ppea: q; est difficile istud mẽbrũ ad reducẽdũ: sz focili supiori paꝝ accidit vt dislocef: ⁊ qñ dislocatur nõ est ita feda ⁊ turpis dislocatio focilis iferioris: ⁊ focile supi⁹ est bñ ꝓtinuatũ cũ vola manⁿ ⁊ est ab hoc lõgingus vt moueaꝫ: ⁊ nõ est poſe vt dislocef vnũ duoꝝ fociliũ nisi dislocef a focili 2° aliq; dislocatiõe. ¶ De cura. Laꝑ. xvi.

Portet vt festinef ad ei⁹ curatiõnẽ qñ ꝑperat ad ipz apa calm ꝓhibẽs a curatiõe: qñ extẽdere ad equãdũ ipz tũc ꝓducit ad ꝓditionẽ: lz iterñ nõ sit poſe vt equef apate illic exñte. Et separatiõi qdẽ parue succurritur cuz qualibet difficultate: imo adiũgat volaz cuz reditione eius ad locũ suum.

¶ Ponit curã dislocatõis cubiti: ⁊ duo facit: q; ꝑmo ꝑmittit qõdã. scõo exeg̃ ponendo curã: scõa ibi. Et dislocatio cõpleta dicit sic de ꝑma pte: q; opz vt ad curationẽ istiⁿ dislocationis festinef: qñ ad istũ mẽbrũ qñ dislocaꝫ ꝑperat apa calm qõ ꝓhibet curationẽ. Nã extẽdere qñ est apa i isto mẽbro vt equef ꝓducit ad ꝓditionẽ: ⁊ nõ ẽ poſe vt eꝫtur existẽte illic apate. Et subdit q; dislocatio parua reducitur cũ qlibet difficultate: imo adiungit volã cum reditione ad locum suũ. Deinde cum dicit.

¶ At dislocatio cõpleta si ẽ ad anteriora est regimẽ: ⁊ si est ad posteriora ẽ ei regimen aliud: ⁊ illa que ẽ ad anteriora redit ad locũ suũ cũ percutit vola sua humerũ qui opponitur ei percussionibus aliquibus manu iã ꝑparata sicut oportet: ⁊ ad iuuaꝫ manu altera ⁊ ingreditur.

¶ Exegtur ponẽdo curã: ⁊ ꝑ⁹ põit curã dislocatiõis cubiti q; ẽ ad añriora. 2° põit curã dislocatiõis cubiti q; ẽ ad posteriora. scõa ibi. Dislocatio vero ad posteriora. dicit sic ꝑma pte: q; si dislocatio cõpleta fuerit ad anteriora aut ad posteriora vnaq̃z hz regimẽ: ⁊ dislocatio q; ẽ ad anteriora redit ad locũ suũ cũ restaurator volã manⁿ ad hũeruz qui opponitur ei percutit percussionibⁿ aliquibus: ⁊ manus ꝑparetur: sicut opz ⁊ adiuuatur cum manu altera ⁊ ingreditur. Deinde cum dicit.

¶ Dislocatio vero ad posteriora oz vt extẽdaꝫ tẽsiõe vehemẽti: deiñ ꝓcutiat eam ad posteriora. Qõ si nõ obedit ꝓ illõtenent adiutoriũ ⁊ brachiũ duo fortes ⁊ liniat restaurator manũ suã cũ oleo ⁊ ĩcipiat abstergẽdo iungeꝫ cubitũ cũ vehemẽtia võec igrediaꝫ: deiñ oz vt strigat ipz ⁊ ponat brachio suspẽsoriũ dimittẽs cubituz angulatũ ꝑm q̃ztitatẽ quã tolerat i prima hora: deide nõ cesset cõstrigere suspẽsoriũ paulatiz donec cõstrigaꝫ angulus.

¶ Ponit curã dislocatiõis cubiti qñ cubitⁿ dislocaꝫ ad posteriora: ⁊ dicit sic: q; dislocatio q; fit ad posteriora oz vt extẽdaꝫ mẽbrũ extẽsione vehemẽti: deide oz ꝓcutere ad posteriora: q; si ꝑ istõ nõ eꝫtur duo viri fortes debent tenere brachiũ ⁊ adiutoriũ: ⁊ restaurator leniat manũ suaz cum oleo: ⁊ ĩcipiat restaurator abstergere ⁊ strigere cubitum cũ vehemẽtia donec igrediaꝫ deinde oz vt suspendat brachiũ: ⁊ ponat cubito suspensioriũ vt dimittat cubitum angulatũ ꝑm q̃ztitatem quã tolerat in ꝑma hora: deinde nõ debet cessare constringere suspensoriũ paulatiz donec ille angulus constringatur.

¶ De dislocatõe iuncture rascete. Laꝑ. xvij.

Anctura rascete ẽ facil dislocatio i nis ⁊ difficilis vnitiõis: nã qñ extẽdit extẽsiõe ꝓua ⁊ opponit vnũ duoꝝ mẽbrorũ alteri redit: sz ei⁹ bucellatio ẽ ꝓtaua: qñ illõ qõ cõtinet ipsã õ corporib⁹ apaꝫ ⁊ ꝓhibet bonitatẽ vnitiõis.

¶ Ponit caᵐ de dislocatiõe rascete iũcture: ⁊. 2. facit q; ꝑmo ꝑmittit de dislocatiõe ei⁹. 2° ponit curã. Et modus extensionis. Dicit sic de ꝑma pte: q; iũctura rascete ẽ facilis dislocatiõis ⁊ est difficilis equationis: naz qñ ista iuncturа extenditur parua extẽsione ⁊ vnuz os opponitur alteri redit: sz bucellatio eius. s. iunctura ẽ parua qñ rascета continet multa ossa. Deinde cum dicit.

¶ Et modus extensionis eius est vt extẽ dat vir facile ad posteriora ⁊ extendat restaurator volã ad cõtrariũ illi⁹ partis: imo ad anteriora: ⁊ extendat vnũquẽq; digitũ incipiens a pollice ꝓ ꝓueniens ad

minimū:nā equatur per illud ⁊ redit: de inde emplastret ipsam ⁊ stringat.

¶Ponit curā ⁊ dicit sic:q̄ modus extēsiōis istius mēbri vt reducat ē iste:vt vir extēdat focile ad posteriora ⁊ restaurator extēdat volā ad contrariū ipsi⁹:imo extēdat ad anteriora ⁊ extēdat vnūquēq; digitū:ita vt incipiat extēdere a pollice puenies ad minimuz.s.digitū:q̄m;p hoc eq̄tur ⁊ redit deinde emplastret ipsam ⁊ stringat.

¶De dislocatiōe digitoz ⁊ signis ei⁹. Cap. xviij.

Cādo dislocant digiti inclinant q ad anteriora ⁊ apparet illic eminētia i interioribꝰ ⁊ apparet cōcauitas dorsi ⁊ silr fit in ossibꝰ rascete.

¶Ponit capm ō dislocatiōe digitoz:⁊.2.fac:q: pⁿo facit ꝑ 2° ponit curā.2ª ibi.In reditiōe digitoz:dicit sic de pma pte q̄ q̄n digiti dislocant inclinātur ad partes interiores ⁊ apparet illic eminētia in interioribꝰ ⁊ cōcauitas appareti dorso:etiā fit sicut q̄n dislocantur ossa rascete.

¶De cura. Cap. xix.

In reditōe digitoz a dislocatiōe i ē difficultas q̄dā ⁊ nō opz vt extē dant extēsiōe equali:imo oz vt expectes sup eos ⁊ eleues radicez ex manu tua sub q̄ cadit radix ei⁹ q̄n strigis sup eū ad iferiora ac si tu eradices ipsuz ex loco suo:⁊ tunc videbis dislocationem iam intrasse ⁊ rectificari.

¶Ponit curā ⁊ dicit sic:q̄ i reditiōe digitoz a dislocatione ē q̄dā difficultas:⁊ nō oz vt si vis reducere vt extēdas equalr:imo opz vt expectes ⁊ debes eleuare indicem ex manu tua ita vt strigas cū eo trahēdo ad superiora ac si tu eradicares digitū a loco suo:⁊ tunc videbis dislocationez iam intrasse in alio ⁊ clamauisse.

¶De separatiōe ossium rascete. Cap. xx.

Portet vt in ea fiat q̄ posse ē de p eq̄tiōe ⁊ ipulsiōe ois declinatōis ⁊ eminētie ad cōtrariū ptz illiꝰ ⁊ positōe astellaz ⁊ strictura eaz desup vt dimittat sup eā ⁊ vt ponat loco eaz sup eā plūbū eq̄tū ꝓseruās locū cū grauitate sua vez oz vt anteq̄z ponat desup astella aut plumbū vt emplēs cum emplastro cōfortatiuo de illis que scis ⁊ nō moueatur.

¶Ponit curā separatiōis ossiū rascete:⁊ dicit sic:q̄ i separatiōe ossiū rascete opz vt fiat illō q̄ ē posse de equatione ois declinatōis ⁊ emi nētie ad cōtrariū ptis ⁊ ponas astellas ⁊ strictura desup ⁊ vt ponat loco astellaz plūbū equatuz:q̄n cū grauitate sua cōseruat locū:sz oz q̄ anteq̄z ponatur astella desuper aut plūbū vt emplēs locū cum emplastro cōfortatiuo ⁊ membrū non moueatur.

¶De dislocatiōe spōliū ⁊ sepatiōe eaz. Cap. xxj.

Cādo spōdiles dislocant dislo q catiōe cōpleta iterficit pculdubio ⁊ nō cōpleta itez q̄n remouet remotiōe plurima quāuis sit minº q̄z cōpleta ē mortalis:q̄n pculdubio coartat nuchaz coartatione forti si resistit ⁊ non obedit. Et si ē spondilis ꝑma colli ⁊ que sequntur eā priuat aial anhelitu ⁊ mozit statiz: q̄n nerui anhelitº coartant quare nō faciunt opationē suā. Et si ē de spōdilibꝰ doz si ⁊ dislocat ad ptē iteriorē non ē posse vt curet ⁊ ē de illꝰ q̄ iterficiūt velociter. Et si morat ⁊ nō ē posse taliter q̄ prohibeat anhelitū retinet stercus ⁊ vrinā ⁊ interficit. Et si morat ⁊ non coartat nuchā coartatione vehemēti:aut coartat ⁊ nō apat: aut sedat qō est cū eo de apate non ē excusatio qn nocumentū igrediat nuchā ⁊ neruos q̄ sūt sub illo loco ⁊ facit supfluitates exire iuolūtarie. Et si est ad posteriorem tūc nocumentū qō facit nucce est minus verū necessariū est nocumentū iterum:⁊ coartatio neruorum que debilitat pedes debilitat lacertos vesice ⁊ ani.

